




J. N. FUNCK, C.

R. M. 1751.

§ 6 c. 12.


**SYMBOLÆ
LITERARIÆ**
AD
**INCREMENTUM
SCIENTIARUM OMNE GENUŚ**
A
VARIIS AMICE COLLATÆ.
TOMI TERTII
PARS III.



B R E M A E
Sumptibus GERH. WILH. RUMPII.
Anno MDCCXLVIII.

SYMBOLI
LITERARIA
INCUNABULUM
CAROLINENSE
1511





ELENCHUS CONTENTORVM

PARTE TERTIA TOMI TERTII.

- I. JOANNIS CHRISTOPHORI HARENBERGII EXPOSIT. CAP. XVI. LVCÆ,
seu parabolarum duarum , unius de villico injusto , alterius de epulone
divite, cuticulam curante ; SECTIO II.
QVA EXPONVNTVR EA , QVÆ UTRIQVE
PARABOLÆ SVNT INTERJECTA. P. 437.
- 460.
- II. CHRISTOPHORI HAVEMANNI,
V. D. M. in Strato , HYLE EX SCRIPTIS
JVDÆORVM , AD CRITICAM SACRAM
SPECTANS. p. 461. - 503.
- III. CAROLI HENR. ZEIBICHII , *Philosophae in Academia Vitembergensi Prof. Publ.*
Extraord. DISSERTATIO HISTORICA,
DE TARSO, CILICIÆ METROPOLI, literarum flore illustri. p. 504. - 543.

IV.

¶

IV. JOH. JAC. KESSLERI, *s. s. Th.*
Doctoris & Professoris, nec non V. D.
M. Burgo-Steinfurtenfis CONJECTVRA
DE OCCASIONE ET AVCTORE PSALMI
CXV. p. 544.-558.

V. GERARDI JOANNIS LETTE, *v.*
D. M. in agro Valkenburgenf, prope
Leidam, OBSERVATIONES AD QVÆ-
DAM VETERIS INSTRVMENTI LO-
CA, MAXIME IN GENESIN, EXODVM
ET LEVITICVM: quibus, ope Dialecti
Arabicæ, nova lux adfunditur. p. 558.
598.



I.

JOANNIS CHRISTOPHORI
HARENBERGII

EXPOSITIO

CAPITIS XVI. LVCAE;

SEV PARABOLARVM DVARVM,
VNIVS DE VILLICO INVSTO, AL-
TERIVS DE EPVLONE DIVITE,
CVTICVLAM CVRANTE.

SECTIO II.

QVA EXPOVNVTVR EA, QVÆ VTRI-
QUE PARABOLÆ SVNT
INTERIECTA.

SYNOPSIS:

§. 1. Exponitur incisum decimum. §. 2.
Eillastratur incisum undecimum nec
non 12 & 13. §. 3. De Phariseorum
in Jesum mysterismo. §. 4. Exprobatur
Phariseis pietas fastuosa v. 15. §. 5. Exponitur
T. III. P. III. Ff 16

26 incisum. §. 6. Enodantur verba πᾶς εἰς
αὐτὸν βιάζεται. §. 7. Due aliae sententiae de
sensu eius incisi proferuntur. §. 8. Sensus
verborum adagialium: Facilius transit mun-
dus, quam unum legis extremum cadit.
§. 9. Enucleatur probabilis sensus incisi 18.

§. I.

Orationem continuat Optimus Ser-
uator & utriusque parabolæ inter-
iicit ea, quæ ad scopum ipsius
luculentius designandum sunt
accommodata. Ostendit ipse, quid in vil-
lico, parabolice proposito, desideratum
sit. Debet huic fides seu fidelitas, quam
villicus, seu administrator opum aliena-
rum, debet hero exhibere & approbare.
Debet eadem fides & probitas Iudeis eo-
rumque primoribus. Hi enim in admini-
strandis Palæstinæ prouentibus erant insi-
deles. Bona adspectabilia, quæ sub sen-
sus cadunt & in dies deficiunt, adpellan-
tur hoc loco *minima*, *parua*, *exigua*, *fa-
llacia*, & *aliena*. Deoque in acceptis ferenda
ac in eius dominatu sita. Bona vero,
quæ ad animæ felicitatem conciliandam
atque conseruandam faciunt, vocantur
magna, *multa*, *fallacia* fraudumque vacua,
speci exsatiandi apta, *vera* & *genuina*, *pro-
pria*.

pria & destinata. Nisi huius comparatio-
nis ratio habeatur, pleraque orationis,
continuatae a Jesu, membra & argumenta
in obscuro latent. Pergit Jesus inciso 10:
*Is, qui in re minima & admodum exigua est
fidus, idem quoque in magno multique pretii
bono est fidelis. Item is, qui in re admodum
exigua, administrationi suæ concredita, fi-
dem fallit, idem etiam in ampio multique pre-
tii bono infideliter sese gerit.* Sententiam
eamdem frequentarunt crebrisque triue-
runt sermonibus doctores Judæorum, ra-
ti, non credere Deum Optimum Maxi-
mum cuiquam rem aliquam magnam,
verbi causa, dignitatem munusque am-
plum, priusquam illum in minori officio
explorauerit. Ipsi prouocant, ut hoc
pronuntiatum confirmant, ad Mosen &
Dauidem, veluti exempla splendidissima,
quos quippe Deus repererit deprehenderit-
que in vita pastoritia pios & fideles, ac
eapropter deinceps ad honores euixerit
& ad dignitatem permagnam transtulerit
(d). Leguntur hac apud Judæos (e): *Qui
sese purum præstat in rebus inferioribus & exi-
guis, is quoque purus & intaminatus in rebus*

Ff 2 alti-

(d) Rhenferdius *Inuestigat. prefact. & ministr. Syn-*
agog. c. 2. §. 18. ex Schemoth rabba Sect. 2. fol.
104. 1. & Tanchuma f. 19. 2, 3.

(e) In *Bammidbar rabba Sect. 10. fol. 209. 1.*

altioribus deprehenditur (f). Sententiis hisce sua constat & veritas & vetustas. Quo ipso fit manifestum, sapientissime Jesum Phariseis instillasse vim & robur doctrinarum tritisimorum. Optime enim ipsi ex doctrinis sententiisque domesticis conuincabantur. Nostrum est, in hanc sapientissimam conuincendi rationem tanquam in speculum intueri eamque occasione data imitari.

§. II.

Addit Seruator sapientissimus sententiam aliam haud disparis argumenti, prius collineantis ad scopum, mentemque Phariseorum acris pungentis. Reuocat ipsis in memoriam tria momenta, primo adfluentiam opum & fortunarum in Palæstina, secundo administrationem illarum a Judæis præter contraque scopum peractam, & tertio denique enatam inde inhabilitatem tractandi & administrandi bona sublimiora, solida, & ad perennem mentium felicitatem accommodata. En incisum vndeclimum eiusque pronuntiatum, qui ipsa est veritas: *Si vos itaque fidei haud fuistis in administrandis diuitiis instabilibus, quis vobis solidum illud & genuinum concideret?* Rati-

(f) Cl. Christianus Schœffergenius in *Horis ad h. I.* p. 299, 300.

Ratiocinatur Jesus & ex sententia vniuersali per argumentationis solidissimæ modum descendit ad sententiam aliam, ex illa profluentem. Philosophi ita fortassis subduxissent rationes: At vero vos in re exigua, nempe in bonis conspicuis fluxisque administrandis, fidem vestram desiderari passi estis; ergo in bonorum amplissimorum, spiritualium, ac solidorum administratione, simulac ei præficeremini, infideles foretis. Hinc porro colligitur efficiturque illud scitum & decretum: Quis itaque dominus sanæ mentis vobis bona illa solida concredet administranda? Et ex hac quidem increpatione perspiciatur, quinam exstiterint illi, quos Jesus parabolice voluerit per administratorem bonorum infidelem designare. Adhibuit Sospitator Optimus denuo sententiam Iudaicæ communem. Adduxit Cl. CHRISTIANVS SCHOETTGENIUS hanc gnomen iudaicam, similitudine conditam (g): *Simile de Rege, qui binos sibi ἐπιθόποις administratores constituit, unum in thesauros auri & argenti, alterum vero in adparatum straminis. Posterior ille suspectum sese reddidit, postea autem succensuit, quod thesauro auri & argenti non præficeretur.* Dixerunt autem ipsi: *Ράκη, παντα, stulte! si de adparatu* Ff 3 stra-

(g) Ex Falkut Simeoni P.I. fol. 81. 1.

straminis te reddidisti suspectum, quomodo tibi
 thesaurum auri & argenti concredent? Hinc
 explicatus indicat Jesus Judæis, quid per
 bona fragilia seu infidum Mamonam, quid
 ipse per bonum illud genuinum & verum,
 designauerit. Adiungit enim hæc ipse v.
 12: Si porro in re aliena fideles haud fuisse,
 illud, quod vestrum est, quis vobis dabit? Ad-
 fluentissima illa Palæstinæ bona vocantur
 τὸ ἀλλότριον, res per se scopum haud ad-
 tingens ac aliunde pendens, alieno nutui
 subiecta. Palæstina eo tempore pendebat
 a potestate Romanorum ac in alienam iam
 manum ditionemque venerat. Quicquid
 itaque ex ea in usus suos conuertebant Ju-
 dæi, illud tandem ad potestatem Roma-
 norum erat referendum. Pompeius enim
 Magnus Phoenicen ac Palæstinam imperio
 adiecerat Romano (h). Quo facto id,
 quod Judæis quondam fuerat proprium,
 alienæ ditionis factum fuerat. Patescit
 hinc vis & significatus vocis ἀλλότριον.
 Quid vero erat id, quod Judæi adhuc di-
 cere poterant suum? Promissiones spiritu-
 ales earumque pulcritudo & argumentum,
 Messias & evangelium, in hunc censum
 veniebant, in primis vero regni coelestis
 declaratio, & administratio ordinis, ad
 fe-

(h) Appianus Alexandrinus de Bellis Syriacis
p. 119. edit. Henr. Stephani a. 1592, fol.

felicitatem sempiternam ducentis. At Ju-
daorum primores, potissime autem Pha-
risæi, erant vitiorum serui, qui ita se se
deuouerant Mammonæ, ut summo domi-
no seruitia præstare eiusque bona præstan-
tiora administrare non possent. Om̄ētus
est seruus (i). Adhibet Jesus gnomen Ju-
daic & notam & luculentam, qua animum
Pharisaorum depingit & repræsentat. En-
illam v. 13: Nullus seruus domesticus valet
duobus dominis, plane diuersis diuersasque
partes sequentibus, seruitia præstare. Aut
enim unum odio prosequetur & alterum dili-
get: aut uni adhærescat & alterum contemnui-
habebit. Non valetis simul Deo seruire &
Mammonæ. Usus fuerat Jesus alibi etiam hac
sententia in concione montana. Matth. VI,
13. Mammona denotat bona externa, ca-
duca, fluxa, fragilia, tandem peritura.
Ex opposito Deus est complexus perfecti-
onum, quæ stabiles sunt & perennes.

§. III.

Indolem Pharisaorum Jesus sapientissi-
me exhibuerat delineatam. Ostenderat,
ipso esse 1) administratores opum & for-
tunarum malefidos, 2) villico alio quo-
cunque dementiores, 3) de salute sua ac
Ff 4 suo-

(i) Boissi Collatio p. 243.

suorum per cæcitatem haud sollicitos, 4) auaros rebusque instabilibus inhiantes, 5) serulique ingenio affectos, 6) & ex Palæstina expellendos. Phariseis facile suboluit, sepe potissimum peti ac reprehendi. Lucas ita v. 14: *Audiebant vero hec universa etiam illi Pharisei, qui pecuniarum cupidi erant: & naso suspenso illum despiciunt habebant.* Gestum illum nasi, cum derisione insigni coniunctum, Græci vocant μωρησμόν, mycerismum. Qui naso declarant indignationem, illi dicuntur μωρηζεῖς seu μωράτεδοι (k). Qui cum indignationis gestu coniungunt derisionem, illi dicuntur εκμωρηζεῖς, Luc. XXIII, 35 (l). Quantus fuerit Phariseorum fastus, dici vix potest. Delineauit illum ac splendide descripsit Josephus (m). Intelligitur ille etiam ex cognominibus ipsorum, ab HOTTINGERO (n) enumeratis. Perspicitur fastus ille, cum avaritia copulatus, ex Matth. XXIII, 14. Marc. XII, 38-40. Luc. XX, 46.47. Quanto ipsi conatu ac desiderio dominari in omnes studuerint, existimatione, in qua erant, pietatis, abiuti, testis est Josephus (o). Fastum ve-

ro

(k) *Pollux Onomast.* II, 4. sect. 15.(l) *Olearius de Stilo N. T.* p. 59.(m) *Antiqu. Jud.* XVII, 3.(n) In *Tbesauro philologico* I, 1. sect. 5.(o) *Antiq. Jud.* XIII, 10. §. 5.

ro ipsorum retudit ac depresso Optimus
Seruator.

¶. IV.

Lucas orationem Jesu, derisioni illi oppositam, sic exponit v. 15-18: *Vos estis, qui vosmet ipsi predicatis iustos & pios inter hominum multitudinem. Deus vero pernoscit vestras mentes. Illud omnino, quod in hominibus est elatum, fastidiosum & ingratum est Deo ac execrabile.* Hæc recensentur inciso 15. Detegit Jesus fontem derisionis illius. Derisio est indicium superbiae ac fastus. Non potest superbus ferre id, quod cupiditatibus suis ambitiosis haud ve- lificatur. Laudibus & obsequiis aliorum ipse haud contentus præconem virtutum suarum agit, tantum abest, ut nemo suos spectari aliisque palam fieri velit. Homo eiusmodi fallit quidem homines fuso simulata pietatis, ac eis, qui animos introspicere nequeunt, imponit. At num ea propter, istis artibus omniscientiam Dei prætereunt superbi eamque ita frustrantur? Mallem legere *o*, *ni pro oti ro*, si exemplaria fauerent vetusta, ut sensus iste prodiret: *Deus compertas habet mentes vestras, quicquid inter homines est elatum, diris & indignatione Dei est dignum.* Non enim mihi patescit ratio nexus inter id, quod Deus mentes Pharisaorum fertur perspicere,

Ff 5 &

& inter id, quod omne elatum dicitur
Deo minus probari. Quum vero nihil
posit in voculis hoc loco cum ratione
mutari, verbum $\ddot{\sigma}n$ cipendum esse cen-
se sensu illo, qui apud Alexandrinos vul-
gatus & frequens existit, & ebraicæ voci
 \mathfrak{p} , quæ sèpius ad seuerationem (p) notat,
respondet haud raro. Qua quidem rati-
one sibi congruunt duo illa orationis mem-
bra, & sensus suppeditatur præclarus ac
perquam neruosus. Ostendit enim Jesus,
cogitata Pharisæorum, de virtutibus suis,
inter adsectatores & admiratores suos præ-
dicari solitis ac laude propria fucatis, con-
cepta, toto cœlo differre a cogitatis &
iudicio eius, qui abditissima mentium in-
trospicit & perlustrat. Prædicabant Pha-
risæi sese suaque virtutes, vel ipsi potius
virtutum larvas & fictiones ostentabant.
Arrogantiam hanc, animum hunc elatum,
Deus improbat, detestatur, punit. Su-
perbi & fastuosi homines ex iudicio Dei
sunt $\beta\delta\acute{e}\lambda\nu\gamma\mu\alpha$, abominatio. Abstractum
ponitur pro concreto ad pondus senten-
tiæ declarandum & illustrandum. Scele-
stissimum hominem Terentius adpellavit
scelus. Non est, quod exemplis immore-
mur, quæ apud b. JOANNEM CHRI-
STO-

(p) Noldii Concordantia Particularum Ebraicæ
Gabaldaicarum p. 368.

STOPHORVM WOLFIVM (q) legi & expendi possunt. Adpellantur hoc loco Pharisaï θελυγμα, eo quod ipsi, ad sanctitatem & legem Dei comparati, erant homines Deo maximopere displices, θελυντο. Confer iudicium Pauli de Judæis, ac præcipue de Pharisaïs, quod legitur Tit. I, 15. 16.

§. V

Addidit Jesus argumentum & rationem, cur Deus auersetur Pharisaos. Causam illius auersationis ex eo fonte deriuat, quem prophetæ dudum patefecerant. Docuerant prophetæ, œconomiam recentiorem iri a Joanne inchoatum. Docuerant prophetæ, Joannem Jesu summi prophetæ fore præcursum. Docuerant prophetæ, œconomiam doctrinæ Messianæ illustriorem nuntiatum iri Judæis, ac deinde gentibus, a Dei cultu genuino auersis, iri promulgatum. In Joanne clausula vaticiniorum V. T. fuerat ad finem perducta. Malachias, prophetarum V. T. ultimus, in Joanne eiusque munere designando meliorique œconomia cultus diuini subliterat. In hac designatione & adiecta regni cœlestis mentione, reique publicæ

Jur-

(q) In Curis ad h. I. p. 699.

Judaicæ exitio, exitus consistit prophetarum & vaticiniorum veteris instrumenti. Ostenderant prophetæ, Judæos fore Jesu aduersos magnam partem regnoque Messiaæ fere opposituros. Cum hac contumacia coniunctum iri gentis Judaicæ ruinam poenamque grauissimam, eidem declarauerant. Moses hanc misericordiam graphicè delineauerat. Deut. XXXII, 19. 20. 21. sqq. Josua eam indicauerat c. XXIV, 19. 20. Jesaias idem significauerat c. XI, 4. XL, 6. 7. 8. LXVI, 4. Omitto reliquos. Lubet in præsens ostendisse, Malachiam in vaticinio de Elia altero seu Ioanne, & ruina rei publicæ Judaicæ, substitisse c. IV, 5. 6. Quibus præmissis, ad verba Jesu ipsa gradum promouebimus. Ipse ita v. 16: ὁ νομός καὶ οἱ προφῆται ἔως λαοῦ (προεπίτευσαν Matth. XI, 13). Lex illa, quam scripsit Moses, & prophetæ usque ad Ioannem prædictiones diuinæ ediderunt. Vltilimum V. T. vaticinium spectat ad Ioannem, Jesu viam paraturum Mal. III, 1. Matth. XI, 10. Marc. I, 2. Luc. I, 17. VII, 27. & Eliae virtutes repræsentaturum Mal. IV, 5. Matth. XVII, 10. Marc. IX, 11, atque mentes patrum ad filios inflexurum Mal. IV, 6. Luc. I, 17. In eodem doctrinæ momento definit vetus instrumentum, in quo regnum Messianum cepit primordia, & a quo instrumentum nouum cœpit.

pit. Fuisse Judæorum officium, fuissent eorum partes, ad terminum illum legis & prophetarum mentem adferre attentam & signa temporis expendere. Terminus ille, instrumenti veteris index, cum via Jesu seu doctrina recentioris œconomiaœ foederalis erat coniunctissimus. Nam ἀπὸ τότε, pergit Jesus, ἡ βασιλεία τῷ Θεῷ εὐαγγελίζεται, ex eo inde tempore regnum Dei, id est, œconomia noua gratissimi inflar nuntii diuulgatur & disseminatur. Oeconomiam nouam seu Christocratiam vocatam fuisse regnum Dei seu cœli, neminem fugit. Denominatio hæc iam obuia est apud DANIELEM IV, 23. VII, 13. 14. 29. Inde ipsa profluxit ad xstatates consecutas. Monuisse ita LIGHTFOOTVM & OLEARIVM ad Matth. III, 3, norunt facile vniuersi. Ferebat enim indoles œconomiaœ Messianæ regnum, haud Palæstinæ adfixum nec terrestre, sed cœlestiæ ac prorsus diuinum, cœlestibusque potissime bonis æstimandum. Ioannes præcursor hanc homines Judæos edocuerat œconomiam foederalem nouam ac inchoauerat ministerium suum ab illo doctrinæ cœlestis momento, in cuius prænuntiatione vetus instrumentum seu œconomia foederalis Mosaica substiterat ac desierat.

§. VI.

Numquid vero Judæi eorumque proceres

res, Pharisei, ad oecconomiam hanc nouam amplectendam studiose confluebant? suaque patrum corda ad filios suos, ad discipulos legatosque Jesu diuinos, conuertebant? Soluit iam Jesus hanc quæstionem, hisce usus verbis v. 16: πᾶς ἐσ ὀυτὸν βιάζεται. Verba hæc queunt trifariam exponi. Primus sensus ita est comparatus, ut intelligenda videatur *insectatio inimica*, qua Pharisæi adnuntiationem euangelii exceperunt & oprimere tentarunt. *Vnusquisque* (vestrum) *in regnum Dei*, id est, oeconomiam foederis nouam & Messianam, violentiam suam & vires exercet. Huic sensui liceat adstipulari. Rationes, cur ita sentiam, me commouerunt haud vñx. Cum Pharisæis, Deo inuisis, Jesu est sermo, quorum nemo publice doctrinam Jesu prosequebatur suo adsensu. Jo. VII, 48. Sententiis, intra complexum Orationis consistentibus & coarctatis, ita consulendum est euoluendis, vt ex haud nude & extra contextum sint exponendæ (r). Jesus hoc loco non de omni tempore nec de hominibus quibusvis differit. Nec enim semper nec ab vniuersis mortalibus doctrina Jesu piis mentibus excipitur. Conuincit Jesus hoc loco Pharisæos adrogan-

(r) B. Jo. Jacobi Rambachii *Institutiones hermetico-sacrae* I, 5. §. 4. p. 200, 5.

gantiæ & improbitatis suæ. Hæc vero sic eluxit, vt nihil magis. Pharisæi euangelium, a Joanne, Jesu, & legatis illius nuntiatum, non modo repudiabant & negligebant, sed etiam contumeliis & conciuis pœnisque propositis & infidiis comparatis ibant oppresum. Scopus parabolæ vtriusque in eo versatur, vt Jesus, quantæ pœna improbos & rebelles bonisque immersos Judæos maneant, ostendat. Quid itaque fini huic magis congruit, quam scelerum & improbitatis gravissimæ expositio? quid ad hunc scopum est accommodatus, quam peccati illius re-censio, quod tanta tamque grauis manebat ruina? Restat vt monstremus, voci βιάζοδαι hunc inesse significatum, quem ei tribuimus. Proferemus eo fine nonnulla veterum scriptorum testimonia. Apiani Alexandrini hæc sunt (s) de Antiocho Magno: "Ες τὴν Ευρώπην διαπλεύσας Θράκην υπῆγετο καὶ τὰ ἀπειθῆντα ιβιάζετο, in Europam nauis traiciens Thraciam subiugebat εἰς ea, quæ sibi obedire nolebant, vi opposita coērcebat. Apud THVCYDIDEM (t) sunt βελόψοι βιάσαδαι εἰς τὸ ἔξω εἰ, qui emuntur per vim oppositam foras erumpere. Idem (u) naues refert eruptionem sub auro-

ram

(s) De Bellis Syriacis p. 86.

(t) Lib. VII. p. 490.

(u) Loco illo p. 494.

ram tentasse, βιάσαθεν ἄμα ἐώ τὸν ἔκπλαγην.
 Eidem Alcibiades dicitur (x) τὰς νόμους βιασάμενος, tentans per vim leges. Idem de eis, qui per vim tentarant ad collem venire, dixit: ἐβιάσαντο πρὸς τὸν λόφον ἐλθέν. Alexandrini interpretes eumdem significatum secuti sunt. Qui singula, in quibus vox hæc adhibebatur, loca inter se se conferunt, facile peruident momenta conexa, quæ in unam notionem conformandam confluxerunt. Inest enim voci notio 1) conatus, 2) per vim contrariam 3) in actum tendens. Quo ipso patescit, vocem haud adhiberi de conatu amicitiae, coniunctionis, concordiaque, pleno; sed eam de conatu, quo vires obstantes submouentur, certe tentantur, summi & sumtam legi. Qui mulieri ingenuæ vim infert, eiusque iniuitæ violat pudicitiam, is dicitur βιάσαθεν γυναικαν ἐλευθέραν (y). Is qui barbaros vi adhibita submouet iniuitos, dicitur βιάσαθεν τὰς βαρβάρας (z). Quis dixerit, pios Christi adlectatores vim inferre regno gratiæ eamque ire submotum? Nec suppetit ratio, cur existinemus, expositionem, quam amplexi sumus, haud quadrare ad locum tantidem sensus apud Matthæum c. XI, 12. In hoc enim loco hæc

(x) Lib. VIII, cap. 53, p. 536.

(y) Diodorus Siculus in Bibl. hisp. L. I. p. 71.

(z) Idem L. XIX. p. 714.

hæc leguntur: Απὸ τῶν ἡμερῶν τῆς Ἰωάννου Βαπτιστᾶς ἕως ἡρτοῦ η βασιλεία τῶν ὁρανῶν βιάζεται νὰ βιασαὶ αἰράζεται ἀυτήν. Quæ ita sunt in latinum conuertenda: *Inde a diebus Ioannis Baptiste usque ad præsentem diem regnum cælorum vi contraria & opposita premitur, & violenti adgressores dimouent illud.* Hunc dimouendi significatum inesse verbo αἴραζεν, perspicitur ex Matth. XIII, 19, vbi Satanas perhibetur verbum Dei disseminatum ex mentibus αἴραζεν, violenta callidaque ratione dimouere, nec non ex Act. XXIII, 10. Is enim dicitur αἴραξ, qui alienis opibus infidatur easque submouere contendit. Tandem vero ad LIGHTFOOTI & OLEARI (a) virorum summorum, liceat provocare confessionem, qui idem iam fenserunt, ne quid de IOANNE GEORGIO DORSCHEO, HENRICO BENEDICTO STARCKIO, aliisque adiungam.

§. VII.

Supersunt expositiones duæ, quibus narrandis & diiudicandis paullisper est immorandum. Nonnulli enim verba illa, πᾶς εἰς ἀυτὴν βιάζεται, de eis, qui regno gratia sese adgregarunt, capiunt, ac ita sententiam suam proponunt. Docent ipsi T. III. P. III. Gg osti-

(a) *Desfilo N. T. p. 63.*

ostium regni cœlorum a Pharisæis & Scriptis fuisse occlusum ipsosque munus fidelium ostiiorum haud impleuisse, ideoque candidatis Christocratæ nouis vim fuisse adhibendam, ut irruperint in illud regnum etiam non admisi. Hæc in primis adrisit opinio b. RAPHELIO (b), ERASMO SCHMIDIO (c), aliisque. *Communis*, inquit Ioannes Georgius Dorscheus, *interpretatio est*, quod magno numero receperint homines regnum cœlorum. Addit vero idem: *Videtur autem esse contra scopum.* Adiungere lubet sententiam viri s. rev. MICHAELIS CHRISTIANI RVSMEYERI (d) qui ita differit: *Lex & prophetæ, pro schemate statas legalis considerati, pertingunt usque ad Ioannem.* Deinceps vero post Ioannem regnum Dei, vere tale, prout in Spiritu & veritate consistit, & omnia terrena infinitis post separatas reliquit, annunciatur, ut homines, semet ipsis abnegatis, omnibusque mundi gloriis, diuitiis, ac commodis neglectis, illud unicum arripiant. Omnis vero, qui eius vult fieri particeps, vi in illud perrumpit. Abnegatio enim sui ipsius & mundi ideo ab omni natura humana abhorret, ut homines non possint,

(b) In *Annotationibus Polybianis ad N. T.* p. 222 &
Xenophontis p. 105.

(c) Ad h. l.

(d) In *Laboribus academicis Dist. II.* p. 122.

sint, nisi hinc posthabitum, ad regnum illud spirituale adspirare, nisi sibi ipsis quoad veterem hominem vim inferant. Pia profecto cogitatio! Mallem addidisset vir præstansissimus exempla, quibus ille vocis *βιάζεται* significatus extra dubitationem collocatus esset: addidisset rationes, a scopo & complexu orationis petendas! addidisset scopum, parabolis præstitutum amabus! Incidimus tandem in expositionem anonymi prorsus nouam (e), qui illud *ἡ βασιλεία τῶν ἐγανῶν βιάζεται*, πᾶς εἰς αὐτὴν *βιάζεται*, exposuit de ecclesia iudaica per præconium euangeli tollenda, ratus, præcones ipsos per *βιαστὰς* violentos adgredi-
ores designari. Nostrum non est mone-
re, regnum cœlestis hoc loco esse econ-
omiam foederis nouam. Nolumus enim
virgulam dictatoriam in eos, qui a dissen-
tientibus nonnunquam abhorrent, nobis
adrogare. Adiiciemus potius sententiam
Auctoris Dani, qui saeculo XII libellum
de Peregrinatione Danorum in terram sanctam
scripsit. Hic enim sibi c. 6. persuasit,
vim adferre regno Dei esse idem ac expedi-
tiones obire cruciatas hominesque per
vim Christo ad sociare.

Gg 2 §. VIII.

(e) Samlung des Alten und Neuen a. 1734, p. 130,
sqq.

§. VIII.

Subiunxit Jesus mentionem pœnarum, olim in legis libro Judæis denuntiatarum. Addidit enim improbitati, qua Judæi ecclesiam Christianam insectabantur, hunc cuneum pro iure talionis: *Minoris facilius risque vero operæ res est cælum illud ac terram illam perire, quam legis illius, cuius feci mentionem, unum extremum (negatav) excidere euentu suo prænuntiato.* Proverbium subest formulæ huic loquendi. Verbum illud dicitur *cadere*, quod cum effectu vel euentu præsignificato haud coniungi solet. Josua de vaticiniis, quibus Israëlitis Deus terram Cananæam promiserat, ita iudicat c. XXIII, 14: **אָנֹכִי נְבֵל מִמֶּנּוּ רַבְּרַב אָחָד** non cecidit ex eo (missionum complexu) verbum ullum. Alexandrinus Interpres hæc ita reddidit: *εἰς ἐπεστο λόγος εἴς ἀπὸ πάντων τῶν λόγων τῶν καλῶν, ὃν εἴπει Κυρίος, non cecidit (irritum inuentum est) verbum ullum ex omnibus verbis bonis, quæ pronuntiavit Dominus.* Subditur statim a Josua ea expositio, qua, singulas prædictiones euentum suum sortiri, indicatur. Spectant hoc illa Pauli Rom. IX, 6: *Οὐχ, οἶον δὲ, ὅτι ἐκπέπτωκεν ὁ λόγος τῇ Θεῷ, non vero fieri potest, ut verbum Dei exciderit, i. e. irritum euentuque destitutum sit unquam comprehensum.* Jesu sermo est de

va-

vaticiniis ac prædictionibus, quæ in libris Mosaicis continentur, omnino euentum suum sortitur. Oeconomiam Mosaici fœderis esse perennaturam, significare Jesus nec potuit nec voluit. Non potuit id significare, siquidem ipse per prophetas prænuntiauerat, sese œconomiam fœderis Mosaici esse sublaturum, &, præmissa coeli terraque concusione plusquam Sinaïtica, fœderis nouam œconomiam introducturum. Jer. XXXI, 31. Ebr. VIII, 8. Hagg. II, 7. Ebr. XII, 26, sqq. Act. II, 2-6. Noluit præterea indicare Jesus, œconomiam fœderis Mosaicam perpetuo continuatum iri, siquidem ipse de hoc argumento haud egit, haud differuit, non exposuit in præsens. In scriptis Mosaicis luculenter prædictitur immorigera Judæorum indoles, eorum in petram salutis inimica & pestilentissima prauitas, ac pœna in eam tandem expromenda. Qui Deuteronomii caput XXXII. attente perlegerint, facillimo negotio, quid Jesus hoc loco subindicauerit, expedient.

*Mla nē
çā vōps est primum ex eo, quod in lege est
extremum. Kęcā enim extremitatem notat*

(f) e. g. insulæ, antennæ, &c. Extremum legis Mosaicæ complectitur momen-

G g 3

ta

(f) Cel. Jo. Contr. Schwarzii *Commentarii linguae græcae in N. T. libros* p. 776.

ta duo, canticum Mosis propheticum scilicet & adprecationem faustitatis Mosai-
cam. Prius igitur extremorum constat
vaticinio ex parte, quod ruinam reipubli-
cæ iudaicæ, prauitatum mercedem, com-
plectitur. Posterius extremorum caput pre-
ces Mosis, pro Israëlitarum salute fusas,
continet. Locum heic inuenit vindicat-
que sibi *uita neq̄ua*, *vna extremitas*, *vnum*
ex extremis, *prius extremum*. Pharisaïs
facile suboluit, quorsum oratio Jesu spe-
ctaret. Sensus, hisce præmissis, eo re-
dibit: *Qui modo aliquid valet, unusquisque*,
vim aduersariam in œconomiam fæderis christi-
anam tentat. Facilius vero est mundum per-
ire, quam prædictus in canto Mosis pœnas
exitum & euentum haud sortiri. Petulan-
tiæ & violentam infestationem nemo
impune in Christum eiusque ecclesiam
exercet. Menini, cantilenam Mosis il-
lam a metractatam expositamque fuisse in
M. JOANNIS CHRISTIANI MEHLHOR-
NII *Sylloge Commentationum* (g) in *Mosen*
To. VI. p. 697, sqq. Pone tamen, per
vnam illam extremitatem designari particu-
lam quamlibet sententiaz, litteraz, vocis;
Tum, sensum inde satis commodum e-
manare, haud inficiandum videtur. Ni-
hilo-

(g) Titulus est *Gründliche Erklärung der heiligen*
Schrift A. T.

hilominus perstabit illud Jesu pronuntiatum suoque sese commendabit robore, quod docet, prædictionum diuinarum, quæ in Mose leguntur, singulas euentum suum sortituras esse, easque, quantum ad initia Christocratiæ & ad gentis Judææ excidium adrinet, potissimum in cantico Mosis contineri.

J. VIII.

Obsignat Jesus increpationem, Pharisæis oppositam, interuentu huius gnomes v. 18: *Quicunque dimittit uxorem suam alteramque dicit, adulterium committit; & quicunque dimissam a marito uxorem dicit, adulterium eque committit.* Quæri heic possunt duo momenta, vnum de sententia sensu, alterum de orationis nexu. Sensus videtur duriusculus, siquidem diuortiis locus omnino est per ius fasque diuinum tum ob adulterium coniugis alterius, tum ob desertionem, tum ob causas, quibus cum gemina illa ratione ineſt proportio & aequalitas, ex fine & instituto coniugii estimanda. Sed distinguamus oportet inter doctrinam de diuortiis ex disciplina primæ institutionis & Christi: atque inter doctrinam, de diuortiis apud Judæos traditam. Pharisæis sufficere videbatur diuortio permittendo leuisima

Gg 4

ra-

ratio ac suspicio quævis (h). Addebat ipsi tamen, iura matrimonii, diuortio facto, nihilominus stare & manere salua, nec coniugi licere coniugium inire novum superstite altero ex coniugibus (i). Non profert hoc loco Jesus suam de diuortiis doctrinam, sed Pharisaorum expromit opinionem, siquidem ipse non solet ea docere, quæ aduersa fronte sibi repugnant. Quæstio autem hinc oritur, quonam nexus & scopo hæc sententia superioribus sententiis fuerit adiuncta & subiecta. An Jesus falsa Pharisaicæ exprobrauit dogmata? an reliquam eorum partem suppressit vel omisit scriptor diuinus? An hoc exemplo voluit magister sapientissimus cæcitatem dogmatum Pharisaicorum demonstrare? Videtur ipse hac ratione docuisse, quam peruersa vterentur Pharisæi institutione & doctrina. Dauus heic sum, non Oedipus.

(h) Gittin IX. fol. 90. T.

(i) Beausobre dans *les Remarques sur le N. T.*

p. 122.

35) 461 (50

II.

CHRISTOPHORI HAVE.
MANNI *

HYLE

EX SCRIPTIS JVDÆORVM
AD

CRITICAM SACRAM
SPECTANS.

§. I.

Qui Criticam Sacram Veteris Testamenti tractare cupiunt, illis, ne illotis manibus rem tanti momenti tractent, varia inesse debent, ad rem feliciori cum successu peragendam. *Primum* igitur est *Timor Dei*, ut nihil ex innovandi pruritu suscipiatur, sed potius Codex Sacer cum summa erga Deum reverentia tractetur. *Alterum*, *Amor veritatis*, ne quis novas aut singulares affectet hypotheses, sed potius talia proferat, quæ ex principiis certis deducta sequuntur. *Tertium*, *Cognitio accurata Grammatices Hebraicæ*, sine qua nihil sani efficitur. *Quartum*, *Cognitio*

G g 5 tio

* Cùm Celeb. Scripti hujus Auctori sub hoc nomine latere placuerit, nostrum non est illum detegere, esse tamen ex Principiis in studio rabbinico viris, res ipsa loquetur. C. I.

*tio solida historiae litterarie Hebræorum, quæ
in eo consistit, ut quis scripta eorum an-
tiquiora perreptaverit, & ex iisdem hi-
storiam Codicis Sacri cognitam habeat.
Quintum, *Ingenium Philosophicum*, quod
rem ex principiis suis deducat, unum ex
altero concludat, non autem falsis argu-
mentationibus se pariter atque alios de-
cipiat. Sextum denique est *Animus ali-
quid pro veritate tolerandi*. Qui enim res
novas invenit & profert, (quamvis nihil
hic est novum) hunc alii vel ex invidia,
vel perverso quodam zelo inducti, tan-
quam non satis sobrie docentem crimi-
nantur, quia aliquid profert, quod in
Theologia vulgato Scholasticorum more
tractata nondum cognitum fuit. Obsir-
mandus igitur est animus contra hujusmo-
di clamores, & mens recti conscientia eos-
dem secure debet negligere.*

§. 2.

An vero omnes, qui Criticam Sacram
huc usque tractarunt, ea, quæ modo de-
scripti, possederint, judicet æquus lector,
qui judicare potest. De Timore Dei non
audeo pronunciare, nisi ex esse clu. Si
quis enim Codices Biblicos mente profa-
na tractet, ille certe non magnam erga Nu-
men Summum reverentiam ostendit. Hoc
scio, alterum Criterium defuisse Rich.
Si-

Simonio, tertium eidem, nec non Capello & Isaaco Vossio, quartum omnibus, qui in hac parte solliciti fuerunt: id quod tamen sine cuiusquam injuria dictum sit. Quintum non tango. De sexto autem satis superque mihi constat, esse, qui aliter scripserint, ac mente reposum habeant, idque ideo, ut tribulibus suis, apud quos huc usque laudem doctrinæ veræ inveniunt, porro placere pergent. Ad quartum redeo, quia non omnibus ea felicitas contingit, ut volumina Talmudica & Midraschica perpetuare queant, in gratiam illius, qui futuris temporibus se ad hoc opus accingere cupiet, hylen ex libris memoratis colligani, non sine usure christianæ futuram.

§. 3.

I. Primo loco illud adfero, quod de Esra referunt Judæi, illum scilicet tribus usum esse codicibus ad restituendum codicem sacrum, qui tempore captivitatis, ut ipsi ajunt, per incuriam hominum & descriptorum depravatus fuerat. Locum ex Megilla Hieros sub finem, adducit Rasche ad 1. Paral. VIII, 28.
ג כְּפָרִים מֵאַעֲדָה סִפְרָם מְעֻנִּים סִפְרָם
זֶה תְּוִי סִפְרָם הַאֲחָתָה וּבְכָלָה רְבָבוֹ הַאֲחָתָה
וְקַיְמָה דְּבָרָי הַשְׁנִיָּה : *Tres Codices inventi*

nit Esra (ad restituendas scil. genealogias Judaicas) Librum habitationum, (in quo scil. ratio habita fuit locorum, ubi quæque familia habitavit:) Librum Magnatum (alii vertunt plebeiorum: nam vox est paulo obscurior) & Librum Fratrum, (h. e. eum in quo lineæ laterales adnotatae fuerunt.) Quod si vero unus ab aliis dissentiebat, tunc illum deseruerunt, & secuti sunt illud, quod a duobus Codicibus confirmatum fuit. Et sic invenerunt plures Codices Genealogicos. Quod si igitur tres aut quinque consentientes haberent, tunc deseruerunt illos pauciores, & secuti sunt sententiam plurium. Quod si vero Codices dissentientes pares essent numero, quemadmodum in hoc loco Paralipomenon, ubi hæc verba habentur: Et in Gibeon federunt pater Gibeon: *tum neesse fuit, ut tale nomen bis scriberent.* Hæc Raschius, cuius plura addere nolo, quia mentem ejus ex his sufficienter perspicimus. Sed tamen hic annotandum est, bis cespitasie Raschium. Nam *primum*, memoria lapsus ad tractatum Megilla provocat, quum tamen hæc habeantur in Taanith IV, 2. fol. 12. 1. edit. nuperæ Dessauiensis. *Deinde*, quod Esræ nomen memoravit, quum tamen Talmud dicat, libros inventos esse בערת *in atrio*, h. e. in aliquo conclavi librorum, quod in atrio templi Hierosolymitani fuit.

§. 4-

§. 4.

Illa vero, quæ antiquiores tantum de genealogiis restituendis protulerunt, recentiores ad totum Codicem Biblicum extenderunt. Provoco ad librum סגדה עמורתְּ cujus verba adducuntur in Jalkut Rubeni fol. 79, 2. Exstant hec in libro סורר נִיר de temporibus Esræ, quod ordinaverit accentus, puncta & apices ministerio trium Codicuum, qui post devastationem templi inventi sunt: nimurum סָפֵר כַּעֲנָן סָפֵר אַמְּנוֹן וְסָפֵר מִזְרָחָן. (Observamus hic aliquam in voce ultima a superioribus differentiam.) Et hoc jam pridem indicatum fuerat in Lege, וְquidem in voce Exod. IV. 2. Deus enim hoc indicare voluit: Tres libri erunt in mundo, ne Lex oblivioni tradatur. Nam ראשיתְּ תְּרִבְבָּחוֹת litteræ initiales vocis מִזְרָחָן indicant hæc verba מִזְרָחָן וְאַמְּנוֹן. Ex his tribus Codicibus Israelitæ didicerunt mysteria Legis accentuum וְתְּמִזְרָחָן, apicum: nam ab unoquoque apice cumuli doctrinarum pendent.

§. 5.

Hæc duo loca adponere volui, ut ostendam, quam male agant viri docti ex Christianis, qui traditiones Judæorum huc usque receperunt, non solum contra fidem historicam, sed etiam contra religionem

onem sacrosanctam in verbo divino fundatam.

Primo dum statuunt, Esram restituisse Codices, illud simul concedunt, ita tunc depravatos fuisse omnes Codices Legis divinæ, ut non nisi ope viri Θεοπνέους restitu potuerint. Id quod pugnat partim cum providentia Dei erga verbum suum, quod universem corrumpi nunquam concessit, partim cum expressa promissione ipsius, quod Verbum suum nunquam interire debeat, Jes. XL, 8. Matth. V, 18.

Deinde, cum dicunt, Esram auxilio Virorum Synagogæ magnæ usum Codices contulisse, unamque lectionem alteri prætulisse, auctoritatem quoque & consensum plurium codicum fecutum esse, & pauciores postposuisse, talia statuunt, quæ secum invicem pugnant. Si enim Esra hac in parte fuit vir Θεοπνέους, Spiritus Sanctus illum docere potuit, quæ lectio bona esset, quæ rejicienda. Quod si vero numerum & auctoritatem Codicū ponderare necesse habuit, tum sane Esras nihil majus egit, quam nos homines, qui non sumus Θεοπνέους, quando Criticam in auctoribus sacrī vel profanis exercemus.

§. 6.

Tertio, puncta originem divinam habere statuunt, & tamen ab Esra demum sub-

substrata credunt. Si igitur puncta tum demum initium sumserunt, sequitur, illa recentiora esse, quod tamen ipsi afferere nolunt. Qui igitur pro *āudētīz* punctorum pugnant, primam tamen illis antiquitatem denegant, illi statuunt contradictoria, ex qua contradictione nunquam eluctari poterunt. Hoc certissimum est, puncta a Deo ipso inspirata, & a viris *θεοπνευστοῖς* ore expressa esse, quod *materiale* punctorum vocare possumus: *formale* vero sive ratio eadem pingendi quando orta sit, ipsi orthodoxi, quales haberi volunt, recentiori tempori adscribunt.

Quarto, dum hæc omnia credunt Rabbinis, simul quoque & illud tacite assumere volunt, *τὰ* sive apices, quos Judæi in codicibus manu exaratis huic vel illi litteræ adpingunt, & sine quibus, aut etiam iis non recte observatis, Codices depravatos esse credunt, itidem ab Ezra adpictos esse, & ad hanc rem *θεοπνευστίαν* fuisse necessariam. Nam parium in omni Philosophia par est ratio. Quod si vero dicant, de restitutione quidem Codicis, deque punctis & accentibus se Rabbinis credere, reliqua non admittere, videant, annon una manu idem illud destruant, quod altera exstruxerunt.

§. 7.

I. 7.

Quinto, Nunc demum ad fidem histori-
cam hujus traditionis perquirendam nos
accingimus. Ad prius de Esra quod spe-
ctat, credunt, se studium Esræ Criticum
non sine fundamento adstruere. Sacra e-
nīm Scriptura ipsum expresse vocat
סֹפֶר מִדְרָשׁ בְּתוֹרַת מֹשֶׁה, *Scribam velocem*
in Lege Mosis. Esræ VII, 6. Jam vero
est is, qui non solum Codices describit,
sed & litteras numerat, uno verbo, qui
Masoretam aut Criticum agit, quæ res ab
Esra & Viris Synagogæ Magnæ initium ce-
pit. Ita vulgo credunt a Judæis persuasi,
sed contra omnem genuinæ antiquitatis
consensum. Scribæ apud omnes fere na-
tiones olim sumino in pretio erant, quia
pauci erant, qui scribendi artem callerent,
illi vero, qui libros manu sua describe-
rent, simūl erant viri doctissimi, non ve-
ro humilioris notæ, quales hodie habe-
mus. Tales igitur erant in populo Dei,
qui Codices sacros describerent, quæ res
sum mam utique curam requirebat, ne ab
har um rerum imperitis exempla librorum
divinorum corrumperentur. Hoc autem
illi demum recte præstare potuerunt, qui
rerum Theologicarum periti erant, &
ut Servator noster ait, *μαθητεύθεντες εἰς τὴν*
βασιλείαν τῶν ἀποκάνν. Math. XIII, 52.
Sacer-

Hinc summo honore digni censebantur illi סָפֵרְיָה, eodemque cum Phariseis, Sacerdotibus, Principibus populi & Assessoribus Synedrii loco habebantur. Talis erat Esra, & hoc nomine a Spiritu Sancto commendatur. Quæ vero munia ultimis temporibus illi סָפֵרְיָה sibimet ipsis imposuerunt, ut scilicet omnes versus & apices numerarent, hæc Esræ nemo tribuet, nisi qui Judæorum recentiorum fabulas & deliramenta fidem mereri statuerit.

§. 8.

Sexto. Quod tandem ad Viros Synagogæ Magnæ spectat, qui Assessores Esræ in hoc negotio Critico fuisse statuuntur, non satis bene sibi consuluerunt Viri docti, quod huic Judæorum traditioni fidem adhibuerunt. Si enim secundum principia historica rem dijudices, primi Judæorum scriptores, Josephus & Philo, porro scriptores Midraschici & Sohar, hujus Synagogæ nullam prorsus mentionem injicunt. Igitur Talmudistæ primi sunt, qui eosdem memorant, quorum fides tamen dudum apud rerum peritores decoxit. Hos incauti secuti sunt sequiorum temporum Judæi, quo factò & Christiani eandem in hortulos suos derivarunt, qui ad distinctionem illam inter Judæos priorum & T. III. P. III. Hh se-

sequiorum temporum, non adtenderunt.
Ne vero hic ultra modum sim longior,
otium mihi fecit Vir doctissimus, Jo. E-
berhardus Rau, Professor Herbornensis,
qui hanc fabulam, edita Diatribe de Syn-
agoga, feliciter explosit. Liber edi-
tus est Trajecti ad Rhenum, anno
CCXXVI.

§. 9.

II. Linguam Hebraicam esse primā-
vam, constans est eorum sententia, qui
bene de Deo & omni religione sentiunt.
Impugnata est autem a quibusdam, qui
per scientias & disciplinas vagantur, ne-
que satis sibi constant. Veteres Judæi eam
amplexi sunt, neque aliter potuerunt. In
Breschith rabba Sect. 18. fol. 18, 2. ubi
commentantur ad verba Genes. II, 23.
*Propterea vocabitur שָׁנָה, vira, quia sumta
est מִאֵשׁ de viro;* sic inferunt: *מְכַזֵּן שְׁנִיתָה תֹּרֶה בְּלֶשׁן הַקָּרְשָׁן*
*Exinde discimus quod Lex
data sit Lingua Sancta.*

§. 10.

III. Judæi antiquissimi, quique diu an-
te tempora Masoretarum vixerunt, solli-
cite observarunt Maires lectionis, quando
scilicet in Codicibus antiquissimis vel ap-
positæ fuerunt, vel minus. Adeoque in
iisdem

iisdem observamus studium aliquod conservandæ integritatis Legis divinæ, quod non prorsus est contemnendum. Sic nomen Ephronis, a quo Abrahamus speluncam duplicem emerat, toto cap. XXIII. Geneseos scribitur עפרון, cum Vav, semel autem v. 16. sine illo : רישקל אברם ליעפָרְן . Hæc lectio jam antiquis temporibus fuit observata, quod nobis satis est, quamvis rationem, quam Judæi addunt, probare nequeamus. Hi enim in Schemoth rabba sect. 31. fol. 131, 1. dicunt: איש שׁעַן רֹעֵה חֲסִיר הַכֹּתֶב יְהוָה, *Vav a nomine ipsius abesse, quia tunc fuerit avarus,* quum scilicet Abrahamus ipsi pecunias penderet. Idem occurrit in Mechilta fol. 37, 2. *Initio vocatur עפרון, postquam vero pecuniam a manu Abrahami accepit, פְּחַדְנָה, אֹתָהּ אֶחָת מִשְׁמָלָה decerpserunt, & tunc dicitur עפָרְן.*

Aliud exemplum habetur Exod. III, 15. *Hoc est nomen meum רְאַלְפָת in æternum.* In Schemoth rabba sect. 3. fol. 105. 3. ajunt: שְׁרָאָה, חֲסִיר יְהוָה, deest Vav. Ratio additur: שְׁרָאָה, יְהוָה אֱתָה בְּאוֹתוֹתֶיךָ, ne scilicet homo nomen Dei per litteras suas pronunciet, nam sensus ex mente Judæorum, qui tunc codice non punctato usi sunt, est, hoc nomen esse occultandum, רְאַלְפָת, ratione scilicet pronunciationis habita. Sed hæc ratio

Hh 2

tio æque minus procedit, & nos tantum
rem ipsam retinemus.

Similia adnotari possent de voce מְאֹרָתָה,
Genef. I. 14. & aliis, sed nolo nunc esse
longior.

§. II.

IV. Porro observarunt Veteres, pun-
cta quædam, quæ in exemplaribus nostris
aliquot vocibus superscripta sunt, in an-
tiquissimis codicibus eodem modo exsti-
tisse. Decem hujusmodi loca adducun-
tur in Aboth R. Nathan c. 33. fol. 9, 1. &
Massiecheth Sopherim VI, 3. quæ nunc
repetimus. Genef. XVI. 5. *Judicet Domi-
nus inter me וּבְנֵךְ* *וּבְנִירֵךְ* *inter te*, ubi Jod pri-
us habet punctum: II. Ibid. c. XVIII, 9.
Et dixerunt אֶלְيָהוּ, *ad ipsum*; hic puncta tria
imposita sunt litteris primæ, tertiæ &
quartæ. III. Ibid. c. XIX, 33. *Non scivit
in recumbere, וּבְקֻומָה*, *וּrefurgere eam*:
punctum impositum est litteræ י. IV.
Ibid. c. XXXIII, 4. *וּשְׁקַחוּ*, *וּosculatus*
est illum: hic singulis litteris singula pun-
cta sunt inscripta. V. Ibid. c. XXXVII, 12.
Et iverunt fratres ejus ad pascendum גָּזָן,
gregem patris ipsorum. Particula hic
habet duo puncta. VI. Numer. IV. 46.
Omnes numerati, quoſ recensuerunt Moses
וְאַהֲרֹן וְAaron. Hic notandum, quod
Codices nostri Masoretici illud י non a-
gno-

gnoscant, sed potius nomen Aaronis sine illo scribant, neque Masora magna aut parva hic quidquam adnotet. VII. Ibid. c. IX. 10. *aut in via רוחקָה, longinqua.* VIII. Ibid. c. XXI. 30. *אַפְרֵךְ, quæ usque ad Medba.* Littera ו has punctum. IX. Ibid. c. XXIX. 15. *וְשֶׁבֶן,* & decima pars similaginis: ibi ו duplex has punctum. X. Deuter. XXIX. 28. *Revelata לְנָה וּבְנֵינוּ,* *nobis & filiis nostris, שׁ עֲלֹתָה usque in aeternum.* Primæ litteræ una cum ו altero puncta habent superscripta.

§. 12.

Neve quis credat, apud Talmudistas tantum hæc occurtere, ad scriptores etiam antiquiores provocare licet. Omnia hæc loca adferuntur in Bammidbar rabba sect. 3. fol. 288. 1, 2. & de loco quarto philosophantur in Schir haschirim rabba fol. 30. 2. Possem rationes Judæorum adferre, quas ipsi de hac re proferunt, partim locis jam laudatis, partim in Pesikta Sotarta fol. 43. 4. Nasir fol. 23. 1. Bava mezia fol. 87. 1. & Jalkut Rubeni fol. 176. 4. sed nolo Lectorem nugis & conjecturis infirmis detinere. Si quis vero judicium meum de hac re scire aveat, quantum conjectura assequi possum, sic statuo. Jus dæi, quando res notatu dignæ occurront,

Hh 3 non

non solent voces linea subducere, quod nos quidem facimus, sed circellum superius adpingunt, id quod in libris etiam impressis s̄apenumero occurrit. Credo igitur antiquiores, qui plerumque codicibus non punctatis usi sunt, talia, quæ notare voluerunt, punctis inscriptis signasse. Quamvis vero singula non cuivis notatu digna videantur, nescimus tamen, quænam unicuique observationes inciderint. Poteſt etiam fieri, ut aliquando forte fortuna cuidam Codici punctum aliquod illineretur, id quod succedentes descriptores, religioni sibi ducentes aliquid omittere, quod in probatæ fidei Codice inventum fuerat, secuti sunt, & sic talia ab annis fere bis mille usque ad nostros Codices propagata sunt. Hæ sunt cogitationes meæ, vel conjecturæ potius, quas nemini obtrudo. Qui vero Judæos secutus, multa in his punctis mysteria Spiritum Sanctum revelare credit, is videat, annon sacras litteras, quæ tamen clarissimæ sunt, quantum in se est, obscuras facere contendat.

J. 13.

V. Codices etiam antiquis temporibus nonnunquam satis vitiouse descriptos fuisse, ipsi Judæi testantur. Breschith rabba sect.

9.

9. fol. 9. 4. בְּחִירָהוּ שֶׁל ר' מֵאִיר מַנְאָר כְּתֻובָה
וְזֹנָה טֹבָה מַדָּר וְזֹנָה טֹבָה מַתָּה . In Codice R.
Meir scriptum invenerunt loco verborum Ge-
nes. l. 31. Et ecce bona valde; lectum fuit:
Et ecce bona est mors. Ibidem sect. 12.
fol. 13. 3. Rex mundanus, quando navem e-
dificat, primo adfert trabes & cedros, postea
anchoras, & tandem illis imponit נוֹתָרָה,
nautas. Verum Deus S. B. hæc omnia, & du-
dores eorum simul, creat, q. d. Jesa. XLII.
5. Sic dicit Deus Dominus, creans cœ-
los, תְּנוֹתָה, & extendens eos.
וְנוֹתָרָה כְּתֻבוֹן. Sed in quibusdam exempla-
ribus scriptum est: nautas eorum h. e. di-
rectores. Vraque lectio, quemadmo-
dum primo intuitu satis est absurdæ, ad
suum scilicet contextum, sic exinde patet,
ad antiquitatem Codicis manuscripto-
rum non semper tuto satis provocari, sed
alia quoque simul subsidia Critices fanio-
ris in consilium esse adhibenda.

§. 14.

VI. In Codicibus nostris Hebraicis oc-
currunt Keri & Kethif, h. e. duplex lectio,
quarum altera scripta exstat in textu, sed
aliter pronuntiatur, eo scilicet modo,
quo ad marginem, vel etiam sub finem
paginæ adscriptum est. Vestigia ejus rei
satis sunt antiqua. In Midrasch Schmuell

H h 4 fol.

fol. 62. 3. hæc habentur: 1 Samuel. II. 9.
 scriptum est: Pedes חסידיך, sanctorum suorum custodiet: חסידיך כתיב, in textu autem scribitur: sancti sui. Et paullo post: Ibidem v. 10. יהוה וחתנו מריבני, Ad dominum
 מריבן quod adtinet, conterentur inimici ejus: כתיב. In textu habetur: inimicus ejus. Eodem versu: עליו בשמיות רעם, Contra ipsum de cælo detonabit: עלן כתיב. In textu scribitur, עלן, ascenderunt. In tractatu Talmudico Joma fol. 21. 2. Quidnam scribitur Hagg. II, 8. Et placebit mihi templum, ואיכבר, & glorificabor: Legere autem solemus (in Codicibus punctatis) cum ה in fine. Quenam est ratio, quod illud ה abest? In Nedaram fol. 37. 2. tandem exponunt, quid de his variis lectionibus statuant: Dixit R. Jsaaci מקרא סופרים ועתרו סופרים וקוריין ולא כתיבן וכתיבן ולא קריין דילכה למשה מסיני: Lectio Scribarum ו Ablatio Scribarum, ea, que leguntur ו non scribuntur, ea, que scribuntur ו non leguntur, ea sunt traditio Mosis ex Sinai.

§. 15.

Qui originem huic rei divinam adscribunt, illi fallunt & falluntur, & vel unico hoc argumento confutari possunt, quod contradictoria simul vera & falsa esse neque-

queant. Origo igitur omnium Kerijan & Kethifan est mere humana, quod sic ostendo. Primo fuerunt quidam, qui vel ex errore, vel ex ignorantia Codices non satis accurate descripsérunt, id quod per infirmitatem humanam facile fieri potuit. Quando vero Codices hujusmodi vel antiquitatem prætulerunt, vel possessorem habuerunt virum auctoritate conspicuum, tunc sequentibus temporibus præjudicium auctoritatis naëti sunt, & lectiones hujusmodi nemo prorsus abjecere voluit. Igitur Codices tales cum aliis eadem auctoritate conspicuis comparati, diversitatem lectionum ostenderunt. Nemo, ut dixi, aliquam ex his lectionibus rejicere voluit, adeoque utraque lectio per multa secula usque ad nos propagata est.

§. 16.

VII. Constructionem Hebraicam quoniam aliquibus valde fuisse incertam, posses conjicere ex loco Tanchuma fol. 27. 1. & Mechilta fol. 36. 1. *Isai filius Jehuda dixit:* ה פסוק יט בתורה ווש בה ה היבת: *שأن להן הכרע:* Quinque sunt textus in Scriptura Sacra, et in his quinque verba, que incertum est, quorsum infleenda vel construenda sint. *שאת* in verbis Genes. IV, 7. ubi dubium est, an construere debeas, הלה נ תטיב H h 5

תְּמִימָה שְׁנַת , an vero שְׁנַת לֹא רְתִיב שְׁנַת .
Sic de voce שׂור Genes. XLIX. 6. an constru-
endum sit, עֲרוֹר שׂוֹר אֲרוֹר, an vero עֲרוֹר אֲרוֹר
שׂוֹר. Porro Exod. XVII. 9. an legendum
מָחָר sit, צָה וְלְחָם כְּעֵמֶק מָחָר, an vero, אָגָן נְצָב
וּמְנוּרָה אַרְבָּעָה גְּבֻיעָה מְשֻׁקְרֵי
מְשֻׁקְרֵי, an vero illa, כְּפֹתְרִיה. Denique Deuter.
XXXI. 16. an sic constru-
endum sit, דָּקְשׁוּכְבָּעַט אַבּוֹתִין וְקָטָן
an vero sic, וְקָטָן הַזָּה. Huc us-
que verba Isai, quæ sane multa nos do-
cent, & digna sunt, quibus parumper
immoremur.

§. 17.

Primo ostendunt, Codices antiquos,
quamvis de omnibus id adfirmare nolim,
scriptos fuisse sine signis accentuum: id
quod quilibet mihi facile concedet, qui
observat, eos Codices, quibus hodiernum
in cultu publico utuntur, eodem modo
comparatos esse. Jam vero Judæi consue-
tudinem antiquarum sunt tenacissimi, er-
go & hac in parte nihil absurdum statuo.
Imo, qui aliquid in Philologia Sacra præ-
stant, hoc idem statuere coguntur. Ob-
servant enim, LXX & alios Interpretes
Græcos usque ad tempora Hieronymi,
Codicibus usos esse, in quibus neque ac-
cen-

centuum , neque punctorum signa oc-
curreunt.

Secundo docent, ne distinctionem qui-
dem maximam Soph pasuk tunc temporis
locum habuisse , ratione scilicet figuræ.
Si enim talis adfuisset, in loco Genes.
XLIX. 6. nunquam construere potuissent
שׁוֹר אַרְוֹר. Sane hoc apparet, illos hanc
rem perspectam habuisse , quod Silluk
eum Soph pasuk non semper ita distin-
guat, ut sensum integrum absolvat. Pon-
deret Lector hæc loca, quæ hic adscribo.
Deuter. XI. 2. seqq. 2 Samuel. XVII. 27-29.
Daniel. I. 3. 4. 1 Paral. XV. 17-24. 2 Paral.
XXXV. 26. Genes. VII. 8. 9. Judic. X. 11. 12.

Tertio, Culpam tamen hujus rei non
confero in Spiritum Sanctum, utpote qui
Scripturas divinas utique distincte inspi-
ravit & proponi voluit, quia voluit ut ho-
mines easdem intelligerent: sed in negli-
gentiam hominum , qui hanc divinam
παραγαναταθήσαν non tanto pretio habuerunt,
& tanta cum diligentia tractarunt, quan-
ta ipsis debetur. Et hinc credo, aliquo
modo verum esse , quod Judæi tradunt,
Codices tempore captivitatis Babylonicaæ
tam corrupte descriptos fuisse, **מִשְׁתָּבֵשׁ**
confuse & in una serie litteras fuisse pictas
ut Esraæ auxilio restitui debuerint. Id
quod

quod rursum non de omnibus Codicibus,
sed aliquibus tantum, intelligendum esse
constat.

§. 18.

VIII. Et nunc ordo perducit nos ad accentus, ut videamus, quid de illis antiqui statuerint. Hoc mihi semper aliquid monstri atere visum est, quod Judæi accentus ab Esra demum Codicibus sacris ad pictos fuisse tradunt, & quod in scriptis in dubiæ antiquitatis, præcipue vero voluminibus Talmudicis, nullam prorsus accentum mentionem faciunt, nomina scilicet eorundem producendo. Melius dixissent, eos a Mose & reliquis scriptoribus divinis adjectos fuisse, & sic antiquatem eorum indubiam fecissent. Quod si quis objiciat, accentuum utique in Talmude mentionem fieri, & ad ea provoget, quæ Abichtius, cap. I. libelli de Accentibus adulit, ei facile responderi potest. Apponemus autem prius unum de accentibus ex Talmude testimonium. In Megilla fol. 3. 1. & Nedarim fol. 37. 2. ad verba Nehemias VIII. 8. more suo sic commentantur: Legerunt in Libro Legis: intelligitur textus authenticus: מפורש, explicate, innuitur Targum: ושוֹרֵשׁ שְׁכָל, & apponendo intelligentiam, אֲרוּ בְּסֻקִין, in-

telliguntur versus, (quod scilicet sub finem
versus in legendo expresserint Soph pasuk,
& aliquantum desierint:) וַיְבִרֵּן בְּמִקְרָא, &
intelligere fecerunt eos scripturam (h. e.
intelligenter legerunt) אֶלְוֹ פִּסְכִּי טֻמְמִינָה intelliguntur signa distinctionum. In Megilla
Hierosolymitana hæc verba paullo aliter
adferuntur, sed res eodem recidit.

§. 19.

Hæc verba, & alia, quæ non sunt his
clariora, ostendunt, accentus in lectione
Codicis sacri fuisse observatos. Et quis
illud negaverit? Imo hac in parte accentu
Esra sunt longe antiquiores. Nam Spi
ritus S. eos prophetis ipsis inspiravit, &
hi eosdem in pronunciatione expresserunt.
Officium postea fuit Sacerdotum, Scriba
rum & Legis peritorum, ut hæc distinctio
num momenta sibi cognita redderent,
& textum sacrum distincte, ad mentem
scilicet Spiritus Sancti, pronunciarent.
De hoc igitur sermo jam non est, sed de
figuris accentuum. Ipsi Judæi, & hos
secuti Theologi nostri orthodoxi, eos fa
ciunt recentiores, ab Esra demum adscri
ptos, Ergo veram eorundem & primæ
viam antiquitatem nondum concederunt.
Addo hoc, nullam accentuum apud au
tores Judaicos antiquissimos mentio
nem

onem fieri: h. e. nemo ex scriptoribus Midraschicis & Talmudicis unum aliquod nomen accentus, Atnach, Paschta, aut aliud, memoravit. Quæ vero in Sohar exstant paucissima, ubi in accentibus montes mysteriorum quærunt & inveniunt, ea a recentiori manu esse addita quivis facilis negotio intelligit. Neque Hieronymus a Judæo quicquam de accentibus rescivit, aut in Codice suo eosdem prehendit. Quæ omnia ostendere possent, figuræ accentuum a manu longe recentiore fuisse additas.

§. 20.

Hæ sunt difficultates, quæ me per annos aliquot presserunt, & adhuc prenunt. Et debebant sane Theologi aliquando curare, ut Ecclesia nostra Evangelica in his haberet, ubi tuto quiesceret. Docent systemata nostra, accentus a Deo esse inspiratos, quod concedo: debebant vero etiam illud addere, cuius auctoritate figuræ illorum sint adiunctæ. Nam in talibus aliquid pronunciare, est nihil dicere, nisi rem testimonii sufficientibus muniveris. Critica nostra Sacra niti debet sive historica, quam si negligimus, hostes veritatis & homines profani semper habebunt, quod nobis objiciant. Scribunt

bunt Philologias & Criticas Sacras, & caput tamen rei non tangunt, ut orthodoxi habeantur. Alii docent, quod non intelligent, qui neque in Lingua Hebraica, neque studio Criticæ sacræ satis exercitati sunt. Hi nullam habent convictionem ejus rei, quam tanto ardore propugnant. Vno verbo: Vlcus hic aliquod habemus, quod tangere omnes periculosum judicant.

§. 21.

IX. Judæorum quondam in conservanda Codicis sacri integritate tam scrupulosa fuit diligentia, ut non solum omanes illius versus & voces, sed & litteras numerarent. Verum, hoc non sufficiens fuisse subsidium ad finem illum obtinendum, docuit experientia. Ostendemus hoc exemplis. In Kidduschin fol. 30. r. hæc habentur: *Tradunt Rabbini nostri :* **דָמֶשֶׁת אַלְפִים וּשְׁמֹנוֹת מֵאוֹת** רשותונם רשותנה פסוקות זהייא בסוקי ספר תורה יתר עלייו תוויט שטונה חסר: **מִמְנָן וּבְרַי הַמִּלְבָּד שְׂמֹנוֹת**: *Quinques mille octingenti octoginta et octo versus existant in libro Legis, octo plures in libro Psalmorum, octo pauciores in libris Paralipomenon. Sic igitur in Psalmis essent versus 5880, in libris Paralipomenon 5872. In Bibliis autem nostris vulgatis, ex quibus Buxtorfiana*

ana & Leusdeniana ad manus sunt, versus Pentateuchi sunt *Quinques mille octingenti, quadraginta & quinque*, Psalmorum 2527. Chronicorum 1656. Jam cogita, Lector, si in numerandis versibus tanta est differentia inter antiquiores & recentiores, ut calculus non conveniat, quid de singulis vocibus vel etiam litteris fiet? Adeoque illud Masoretarum negotium, quod sibi met ipsiis imposuerant, inventum fuit humanum, quo veritatem divinam suffulcire, sed satis imprudenter, annisi sunt. Quum enim in Veteri & Novo Testamento habeamus promissiones de aeterna Verbi divini conservatione, major cautio tum illis, tum hodiernis temporibus habenda non est, nisi generalis, ut scil. cura accurata habeatur Codicum tum descriptorum tum impressorum, illique per unum & alterum virum doctum reseuantur & conferantur.

§. 22.

Si enim singularem singulorum verborum & apicum curam nobis imposuisset Spiritus Sanctus, cogita, quam exinde absurdia sequantur. Primo, temporibus illis, quibus typographia nondum inventa fuit, homines aliud nihil agere debuerunt, quam ut quotidie litteras Codicum suo-

suorum ad calculum exigerent. Non enim sciverunt, an illi, qui ante se numeros inierunt, accurati fuerint, an vero humani quid illis acciderit. Porro non fuerunt certi, annon post illam suam numerationem aliquis falsarius unam vel alteram hujus Codicis membranam immutare, & versus aliquot eximere potuerit. Adeoque, si accurate in hoc negotio versari voluerunt, perpetuo incerti fuerint, necesse est. *Alterum* absurdum hoc erit: Si homines quotannis fâltem Codices suos accurate perquirere voluerunt, tunc in cortice verbi divini versati sunt, ad nucleus vero illius nunquam pervenerunt. Et hoc ipsum ego inventum esse Diaboli credo, quod Masoretæ Tiberienses, vel ubicunque terrarum illi vixerunt, se tantum negotii pro gloria divina suscepisse crediderunt, & tamen de ipso verbo divino parum aut nihil sciverunt, quippe qui neque doctrinam puram, neque vitam sanctam ex eodem addidicerunt. *Tertio loco* illud monendum, quod reliqui Judæi per complura secula non amplius de integritate Codicis solliciti fuerunt, sed de fide Masoretarum dubia securi, ne generalem quidem recensum sufficienter adhibuerunt.

T. III. P. III.

II

§. 23.

§. 23.

Nam Masora ista , quam Judæi pariter & Christiani sepem statuunt , qua Lex divina satis sit munita , officio suo satis negligenter functa esse deprehenditur . Multi sunt Codices tum manu exarati , tum typis expressi , in quibus duo versus in libro Josuæ desiderantur . Et desiderati fuissent porro , nisi accurata diligentia Celeb. Abichtii eosdem nobis detexisset , cuius in hanc rem exstat dissertatio erudita Lipsiæ a. 1714. edita . Nam quid nobis prodest , quod illi סופריַ אַנְטֵן ante annos sexcentos omnes litteras numerarunt ? Eque , ac si urbem nostram milites ante annos ducentos vigiliis & custodiis suis tutam reddidissent , nos vero illam hodie sine milite , sine custodia , sine clausura , omnium insultationi exponeremus . Cogita vero , Lector , qui studium Masoretarum extolis , quam male cum Novo Testamento actum fuerit , quod tales numeratores non habuit , & tamen integrum ad nos pervenit . Excidit etiam versus ex eodem , sed non ex omnibus exemplaribus , adeoque facile restitui potuit . Alia quædam lapsuum humanorum genera librariis acciderunt , verum & illa ope Critices solidioris emendata sunt , sic , ut tam curiosa diligentia opus non habeamus .

§. 24.

§. 24.

IX. In Codicibus nostris Hebraicis habemus litteras majores, minores, extraordinarias, quales sunt Mem illud clavum & apertum in locis Jesaiæ & Nehemijæ, suspensas, inversas & alias hujus generis. Adsunt vestigia, quæ docent, eas antiquioribus quoque fuisse non incognitas. Sanhedrin fol. 103. 2. R. Simeon ben Lakisch dixit: *Quid hoc est quod legitur Jobi XXXVIII. 15. וַיְמִנָּע מֶרְשִׁים אֶרְזָה;* Et prohibita est ab impiis lux eorum, & brachium excelsum confractum est. *Cur littera י in voce רְשִׁים suspensa est?* (sic, ut legatur in ordine litterarum רְשִׁים, a pauperibus.) Resp. *Quando homo fit רְשִׁים pauper inferius, (in terra) et iam fit pauper superius, (in rebus cœlestibus) adeoque tales homines plane non scribuntur,* (h. e. ut ego interpretor tales in libro Dei inseripti non sunt. Rasche vocem נְכֻבָּן refert ad טוֹן, quod non placet, quia illud טוֹן est singularis numeri. Christianus Gerson, qui illud caput ex Sanhedrin Germanice edidit, verba hæc sic reddidit: *Littera Ain in describendo Codice plane posset omitti.*) R. Jochanan & R. Elieser diversas de hac re sententias habuerunt. Prior dicit (illud טוֹן suspensum esse) ad gloriam Davidis, alter, ad gloriam Nehemijæ: quia scilicet uterque,

ut Raschius addit, multos inimicos habuit, gloria ipsorum exinde elucet, quia Scriptura sacra testatur, quod inimici eorum pauperes apud Deum fuerint.

§. 25.

De his & aliis litteris sententiam meam brevibus appono, & statuo, eas ex Codicibus nostris abolendas, & textum suo ordine imprimendum esse. Primo enim absurdus erit nobis ille, qui in epistola ad nos data litteras aut magnas, aut parvas, aut suspensas pingeret. Quid judicaremus de eo, qui ad nos ita scriberet: *Tu es Patronus meus / Onge maximus?* Annon illum non satis sanum synciput gerere credemus? Deinde haec ipsae litterae, si quid indigitare debent, Scripturam nobis obscuram faciunt, quam tamen longe clarissimam esse in rebus fidei & morum, credimus. Claritas illa Scripturæ S. originem habet partim a verbis, partim a rebus ipsis. Verba tam clare posita sunt, ut, si quis attendat, constructionem eorum & sensum facile perspiciat. Res autem verbis ita sunt inclusæ, ut etiam rudem & insipientem possint sapientem facere. Psalm. XIX. 8. Sed quid de singulis litteris dicamus, & quidem de formis earundem extra ordinem positis? Cedo, qui

qui divini quid illis inesse judicas , quidnam vult y illud suspensum ? quid clausum ? Integra vox שְׁמַע mihi sensum bonum facit . Quod si de hac re meditor , possum & id invenire , impium posse in hoc mundo divitem esse , coram Deo vero pauperem utique astimari . Sed quid hæc ad Davidem & Nehemiam ? Nolo plura addere , quum mihi sufficiat , rem indice digito , discere & meditari volentibus , indicasse .

§. 26.

X. Jam progedior ad Tikkun Sopherim . Mentio illius fit in Scriptoribus antiquissimis . Schemoth rabba sect . 13 . non longe a principio , ad verba Zachar . II . 12 . Quicunque tangit vos , tangit עינֵי , pupillam oculi eius R. Jehoschua dixit : תִּקְנֹן סְפָרֶת הָוָא עַיִן כְּתֵב emendatio Scribarum est : scriptum enim fuit עין , oculi mei . Midrasch Tehillim ad Psalm . XVIII . 26 . fol . 14 . 1 . ad verba Genes . XVIII . 22 . Averterunt se Angeli & i-верунт Sodomam , וְאַבְרָהָם עֹזֶר וְרוּחָה , & Abrahamus adhuc stetit coram facie Domini . R. Simeon dixit : תִּרְצֹן סְפָרֶת הָוָא . Emendatio est Scribarum . Nam Schechina expectaverat Abrahamum , donec ab Angelis reversus esset . Ex his duo- li 3 bus

bus exemplis patet Tikkun Sopherim esse duplex. Alterum est verbale, ubi littera aliqua emendatur & immutatur, in altero vero immutationem aliquam in re ipsa fieri volunt. Sunt ex Christianis, qui Judæos hac in parte excusant, & eos εν θηριούσι quendam in Scripturam Sacram introducere crediderunt. Verum qui credunt, litteras Θεοπνευστικης opus habere aliquo homine, qui eas posset προ, integrati sua restituere & emendare, illorum sapientia est stulta. φάσκοντες εἶναι σοφοί, ἐμωράνθησαν, ait de talibus Apostolus, Roman. I. 22. Quis enim est homo, qui verba Dei proprio ausu velit emendare? Quis credere velit, Deum non satis accurate loqui?

§. 27.

Liceat adhuc his parumper immorari, ut stoliditatem Judæorum, & facilitatem Christianorum, præjudiciis Judaicis laborantium, ostendam. In loco Geneseos adducto Codices nostri sic legunt: *Et Abraham adhuc stetit coram facie Dei.* Judæi dicunt hæc verba a Sapientibus suis μωροσοφοις sic emendata fuisse, quum antea scriptum esset: *Et dominus adhuc stetit coram facie Abrahami.* Hæc verba a Mose, & consequenter a Spiritu Sancto, scripta cre-

crediderunt, & tamen ausi sunt emendare. Cogita, quam sapienter, quam pie, quam reverenter. Ponamus vero hæc verba sic a Spiritu Sancto inspirata fuisse, (id quod tamen nunquam concedam) sane nihil in ipsis inesset, quod vel immutatione, vel emendatione opus haberet. Sensus enim esset: Dominus, יהוה, qui tunc visibili forma assumta apparuerat, adhuc in tali forma stabat coram Abrahamo. Imo emendatio illorum & restitutio non satis felix fuisset. Annon enim Abrahamus semper stetit coram facie Domini omnipræsentis? Autem demum coram facie Dei versari cœpit, quum Angeli & ipse יהוה ipsi apparetur? Sane illi מתקין stuporem mentis suæ prodiderunt, quippe qui non perspexerunt, hunc esse sensum illorum verborum: Angeli averterant faciem suam ab Abrahamo, & Sodomam versus perrexerant, Abrahamus autem adhuc stabat coram Domino, qui faciem suam, quia tunc induitus erat, ad eundem converterat. Maneat igitur Spiritum Sanctum litteras sacras inspirantem & dictantem laus & gloria, omnes vero illos ignominia & confusio, qui in verbo divino aliquid restituere & emendare audent, ubi nulla præcessit hominum malignorum depravatio. Raymundus Martini, postquam in

Pugione fidei II. 3. p. 281. de hac re multis egerat, hoc velut Epiphonemate sententiam suam aperit: *Per ista quidem satis patet, Iudeos esse falsigraphos, fures atque mendaces.*

§. 28.

XI. Prodeat nunc in medium illud יטור סופרי, *Ablatio Scribarum*, qua Judæi particulam quinquies e codice sacro ejecerunt, ut ipsi fatentur. In Nedarim fol. 37. 2. adducuntur loca Genes XVIII. 5. Numer. XXXI. 2. Psalm. LXVIII. 26. XXXVI. 7. addendus tamen ex Masora locus Genes. XXIV. 55. Talmudistæ statuant hanc ejectionem esse traditionem Moses ex monte Sinai, quemadmodum supra §. 14. vidimus. Stulte satis. Moses in lege scripta præcepit verbo divino nihil vel addendum, vel auferendum, Deuter. VI. quomodo igitur lege aliqua orali scriptis suis derogasset? Qui sic statuit, is Spiritum Sanctum sibimet ipsi non satis constare afferit, quod maxime est blasphemum. Porro quomodo Moses præcipere potuit, quasdam litteras ex Psalmis esse delendas, quum illi hymni tunc nondum essent confecti; Pesime ergo fecerunt illi, qui unam litteram sacræ litteris detraxerunt. Bene vero est, quod forex indicio suo se prodat. Præterea vero Codex

dex Samaritanus & Versio LXX viralis ostendunt, illud utique in plerisque illic locis quondam lectum fuisse. Desinant igitur Christiani Judæos cœcos sequi, sed potius omne illud genus Critices perversæ condemnent.

J. 29.

XII. Liceat & illud hoc referre, quod Judæi quædam Scripturæ loca publice prælegi nolunt. Exstat in hanc rem locus in Megilla fol. 25. 2. Hi textus sunt, qui Hebraice leguntur, sed in Paraphraſi Chaldaica non leguntur, quorum signum memoriale habes in hac voce רָעַבְנָה: (cujus singulis litteris, Judæorum more, loco hoc proprius indicantur.) Historia de Rubene (Bilham vitiante) legitur hebraice, sed chaldaice non explicatur. Accidit aliquando, ut R. Chanina filius Gamliel ad terram Cabul perveniret, ubi præfectus synagogue legit hæc verba Genef. XXXV. 22. Et factum est, quum habitaret Isræel: tunc R. Chanina dixit ad Targumistam: Desine hic, & noli explicare chaldaice, perge potius ad sequentia. Quam rem sapientes laudarunt. Historia de vitulo secundo legitur hebraice, sed chaldaice non explicatur. Vbinam vero exstat illa historia? Resp. Exod. XXXII. a verbis v. 21. Et dixit Moses, usque ad v. 25. Et vidit Moses. Benedictio sacerdotia-

li 5 lis

lis legitur, sed chaldaice non explicatur. Quænam est ratio? Resp. *Quia Numer. VI. 26.* legitur: **NUM**, Attollat Dominus faciem suam super te. *Historia de David & Ammon neque hebraice legitur, neque chaldaice explicatur.* Objectio. Atqui jam antea dixisti, *historiam de Ammon & Thamar & hebraice & chaldaice prælegi posse.* Resp. Nulla hic est difficultas. Differentia constituenda inter illam pericopen, ubi legitur Ammon filius David, & ubi Ammon simpliciter ponitur. (Prior illa non est legenda, bene tamen posterior.)

§. 30.

Absurdum est, ne dicam prorsus impium, illud populum celare velle; quod Deus pro sapientia sua, & in utilitatem nostram, litteris mandandum censuit. Qui hos textus prælegi noluit, næ ille infirmitatem mentis suæ fatis luculenter prodidit. In historia Rubenis superbiam suam & gentis suæ detegunt, quæ semper de sanctitate sua gloriabatur, seque propterea aliquid de existimatione populi Judaici amissuram credebat. Quasi vero Ecclesia desineret esse sancta, licet quædam illius membra ad tempus aliquod in peccata mortalia delaberentur. Deus alias quoque caussas habuit, cur illa verba inseri voluerit, nimirum patet exinde,

Der

Deum suos subinde per afflictiones exercere, quia non semper in educatione sicutum est, ut liberi bene se gerant. Exemplum quoque patientiæ insignis in Jacobo conspicuæ non erat negligendum. Idem tenendum est de historia μοσχολατρείας, quam superbia repeti nolebat. At inculcandum hoc semper fuit populo, majores illius dura fuisse cervice, Deoque sæpius rebellasse, in qua re posteri non meliores se gesserunt, adeoque repetitione hujus & aliarum similium historiarum sæpius opus habuerunt. In benedictione autem sacerdotali malitiam insinuarem produnt. Antiquis temporibus, durante templo secundo, illa benedictio publice recitata est, sic ut omnes eandem intelligere potuerint. Post destructionem vero templi, quum mysterium Trinitatis a Christianis proponeretur, & ad illud probandum simul ad hæc verba provocatum esset, e re sua esse putarunt Judæi, hæc verba omittere, ne populo ansam præberent, de hac re cogitandi, & sententiam Christianorum amplectendi. De Davide & Amnone idem sentiendum est, quod supra de Jacobo observavimus, cunctum illud adjiciendum, justitiæ Dei placuisse, vitia seminis in femine punire, quæ res nunquam non Christianis inculcanda est.

§. 30.

Neque vero est, quod quis dicat, Ju-
dæos timuisse, ne, si talia publice præle-
gerentur, homines quidam non satis be-
ne in scripturis divinis versati, scandalum
exinde peterent, & dicerent: Si populus
Dei, si viri sancti magnis se criminibus
macularunt, & tamen populus Dei man-
serunt, nos eodem modo vitiis indulge-
bimus, & tamen membra veræ ecclesiæ
manebimus. Notissima hic est responsio:
Verbum Dei nobis ideo datum est, ut eo-
dem utamur, minime vero abutamur. Si
quaꝝ Deus præscripsit, non tam importu-
nus esse debet pudor noster, ut timea-
mus, ne, si de his publice loquamur,
homines eo magis ad ea perpetranda in-
cidentur, sed potius id agendum est, ut
voluntas divina, cum præmio & poena
adjecta, serio inculcetur, ut vitia hor-
renda & detestanda proponantur, virtutes
autem his contraria in vero suo splendo-
re & pulchritudine depingantur. Memi-
ni, adolescentem rusticum capite plexum,
quod cum vacca coitum consueverat, accu-
flare Pastorem, quod neque in examine cate-
chetico, neque pro concione unquam dixe-
rit, peccatum hoc esse, adeoque ab ho-
mine christiano fugiendum. Plura non
addo. Ergo & hac parte Judæi sequiorum
tempo-

temporum stuporem & ruditatem suam prodiderunt.

§. 32.

XIII. Et hoc pertinet illud præposterræ Critices genus, quando Judæi verba quædam, quæ ipsis duriora aut non satis honesta visa sunt, cum honestioribus & melioribus commutare ausi sunt. Exstat in hanc rem locus in Megillah fol. 25. 2. *כל המקראות הכתובין* בתרורה לגנאי קורין אותן שבת *ויליכunque textus Scripturæ adhibent vocabula turpia ו inhonestæ, ibi loco illorum alia honestiora leguntur.* Sic Deuteronomio XXVIII. 30. loco vocis *ישגרנה*, loco pellicis utetur ea, legitur *שכבנה*, concubet cum ea. Ibid. v. 27. *percute te Dominus בעפלה*, mariscis sive hemorrhoidibus, *ibi legitur בטחורה*, (qua voce intelligitur morbus quidam animi gravissimus. (*Pro voce חוריונת*, 2. Reg. VI. 25. quæ sterlus columbarum denotat, *legunt דבוריונת*, quod est fluxus sive excrementum, (adeoque res eodem recidit.) Iesai. XXXVI. 12. *loco verborum*: *לאכול את חוריון ולשנות את מימי שיניה*: ad comedendum stercore sua, & ad bibendum aquas mictionis ipsorum; ita legunt: *לאכול את צאות ולשנות את מימי רגניה*: ad comedendum excrements sua,

sua, & ad bibendum aquas pedum ipsorum. 2 Reg. X. 27. *loco verbi* לְמַרְאָתָה, Et posuerunt imagines Baalis in latrinas, *legi jubent*, לְמַרְאָתָה, in locum excrementorum. Huc usque traditio Talmudistarum.

§. 33.

Agnoscunt homunciones verba sic a Spiritu Sancto inspirata fuisse, & tamen ea pronunciare non audent, sed alia in locum eorundem substituunt. Igitur hoc ipso fatentur, se Spiritu Sancto & prudentiores & magis castos esse. En quam præposterus sit pudor eorum, qui in verbis turpitudinem quarunt, in rebus ipsis eandem impune negligunt. Eadem mente perversa homines nostris temporibus agunt, qui religioni sibi ducunt stercus, urinam, imo etiam pedes, tibialia & industria sermone proferre, nisi prius honorem verbis suis præfati fuerint, res autem natura sua turpes & pudendas, vitia scilicet varii generis, impune committunt, imo de iisdem quoque gloriantur. Vbi igitur Judæi fuerunt mali Critici, ibi Christiani debebant esse meliores, & hæc stercora Judaica, Scripturis Sacris adlita removere. Judæi sane promiscue male apud Christianos plerosque audiunt, & tales quoque sæpen numero publice coram popu-

Populo proponuntur : sed cur stultitiam eorum & malitiā, quam circa codices sacros adhibuerunt, tam diu & tam liberter toleramus ?

§. 34.

Vltimo denique loco & illud addendum, Judæos antiquos aliqua in Græcis Interpretibus deprehendisse, quæ contra veritatem Hebraicam converterint. Mechilta fol. 13. 2. ad verba Exod. XII. 40. Tempus, quo habitarunt Israëlitæ in Ægypto, fuit annorum CCCCXXX. *Hic est unus ex illis locis,* מְרַחֶה תְּהִלָּם, *que scripserunt* (LXX, Senes) in gratiam Ptolomæi Regis. Sic enim inter alia scripserunt *וְאַתָּה אֶתְתָּ אֶתְנָתָן* ad eum Genes. I. 1. Deus creavit in principio: v. 26. Faciam hominem in imagine & similitudine: v. 27. Masculum וְנֹקְרֵב & foramina ejus creavit eos. Genes. II. 2. Et consummavit die sexto, & quievit die septimo. Genes. XI. 7. Age descendam & confundam ibi linguam eorum. Genes. XVIII. 12. Et risit Sara בִּקְרָבְּךָ, ad propinquos suos. Genes. XLIX. 6. Quoniam in ira eorum occiderunt virum, & in beneplacito eorum evacuarunt praeseppe. Exod. IV. 20. Et summis Moses uxorem & filios, & imposuit עַל־נְשָׁאָן אֶת־, super portantem homines. Exod. XII. 40.

Et

Et habitatio filiorum Israël, qua federunt in
Ægypto & in omnibus terris CCCCXXX.
anni. Numer. XVI. 15. Non asimum unum
ab illis accepi. (Ita legitur in Mechilta per
errorem typographi aut correctoris: & sic
quoque in textu sacro habetur. Debebat
autem scribi: **לֹא רָמַד אֶחָד**, Ne unam qui-
dem rem desiderabilem ab illis accepi. Deu-
ter. IV. 19. **Quæ** (corpora cœlestia) disper-
titus est Dominus illis **לְהַצֵּר** ad illucescendum
omnibus populis. Deuter. XVII. 3. **Quæ** non
præcepi gentibus ut colerent. Porro quoque
LXX. Senes in gratiam Ptolemæi Numer. XI.
6. scripserunt: **וְאַתָּה צִבְאֹת הָרָגְלִים**, Et
parvum pedibus. (In Hebræo est **וְאַרְנְבָת**,
Et leporem. Judæi autem in Megilla tra-
dunt, uxorem Ptolemæi dictam fuisse
אַרְנְבָת, (in Megilla Hieros. scribitur
אַרְנְרָא) hinc illam mutationem suscepit
fuisse.) Eadem habentur in Hier. Megilla
fol. 6 & 7.

§. 35.

Quæ vero in Mechilta satis simpliciter
prolata fuerant, ea in Megilla fol. 7. I.
prorsus pervertunt, & ita narrant: Ptole-
mæus Rex septuaginta & duos ex Judeis con-
vocavit, eosque in tot conclavia inclusit, caus-
sam vero ejus rei nemini eorum indicavit.
Postea ad unumquemque seorsim introiit, &
dixit: Scribe mihi Legem Mosis Magistri vestri.
Deus

Hyle ex Scriptis Judæorum &c. 501

Deus autem menti singulorum indidit hoc consilium, ut una mente scriberent וכתבו. Et hæc quidem in gratiam ejus scripserunt. Genes. I. 1. Deus creavit in principio &c. Sequuntur loca eadem, quæ modo adfuerunt, nisi quod quædam immutata invenias. Sic in loco Genes. I. 27. hæc mutatio adfertur: *Masculum & fæminam creavit eum.* Exod. IV. 20. legitur: *נשא בְנֵי אֹהֶל.* Additur vero locus geminus Exod. XXIV. 5. Ubi in authentico habetur: *Et misit אָתָּה נְשֵׁרִי pueros s. juniores filiorum Israël: ubi אָתָּה תִּסְטֹוּתִי בְנֵי רְשָׂאָל.* Eandem voce in Graci rursus adhibuerunt, ubi in Hebræo legitur אַצְלִי בְנֵי יִשְׂרָאֵל v. 10.

§. 36.

Observa Lector, insignem inter hæc duas relationes differentiam. 1. In Mechilta narrant hanc rem, sed ita, ut non fas sit approbare videantur: Talmudistæ autem eam, tanquam veram & ἀπόψεων, proponunt. 2. Idein eo delabuntur, ut dicant, Græcos Interpretes quædam immutasse, & contra orthodoxiam in sensum perversum detorsisse, & tamen utrumque a Deo originem habere pronunciant: quæ duo simul stare non possunt. Obiter & addo bigam observationum circ. T. III. P. III. Kk ca

ca Levit. XI. 6. Ibi Judæi ex ignorantia linguae Græcæ peccarunt, dum scribunt צער רג'לִים, pro שער, quod est pilosus: nam Græci verterunt δασύποδα. Deinde falsum est conjugem Ptolemæi tale nomen habuisse; dicta enim fuit Arsinoë, quod equidem cum Arneves aliquantum convenit, sed hoc quadrare non existimo. Credere malo, eos leporem δασύποδα potius, quam λαγών vertisse, ne quis existimet, eos nomen avi Ptolemæi, qui Lagus erat, convellere voluisse. De altera voce טטרשׁ, de qua ipsi Judæi non convenient, nihil jam porro incidit. Statuo autem eam esse corruptam.

§. 37.

Et hæc quidem sunt conjectanea quædam, in gratiam eorum congregata, qui aliquando de nova Critica sacra elaboranda studebunt. Respiciendum erit ipsis, ut puritatem non verbo divino, sed Codicibus Masoreticis, restituant, ut præjudicia Judaica removeant, ut tandem aliquando Masora throno moveatur, ut contradictionia in posterum non simul vera & falsa esse credantur, ut Codex noster Hebraicus idem fatum experiatur, quod Auctores profani, qui a viris doctis emendantur, restituuntur, expoliuntur, & nati-

nativæ pulchritudini restituuntur. Quod si suscipiatur, nihil agimus contra gloriam Numinis divini, nihil contra fidem nostram sanctissimam, sed utraque potius amplificabitur. Absit modo timor præposterus, qui odium quorundam, & eorum præcipue, qui his litteris neqne imbuti neque tincti sunt, sibi cavendum existimet. Omnes qui veritatem proponunt, Primo clamoribus & contradictionibus aliorum sunt expositi. Sic Christus, sic Apostoli, sic alii ante & post illos multa propter veritatem Theologicam & Philosophicam sustinuerunt. Nemo tamen propterea veritatem, quæ divinum in omni negotio est depositum, interea sepndernā esse credat. Veritas aliquando vincet, ignorantia vero & calumnia pudore afficientur.



III.

III.

CAROLI HENR. ZEIBICHII
 DISSERTATIO HISTORICA
 DE
T ARSO,
 CILICIAE METROPOLI, LITE-
 RARVM FLORE ILLVSTRI.

ARGUMENTVM.

- I. *Cilices, male audientes, commendarunt
 se studio literarum elegantiorum.*
- II. *Apollo & Minerua, Tarsoensem Numinis.*
- III. *Locus STRABONIS, ex quo disputatur,
 distinctius exhibetur.*
- IV. *Laudantur Athene atque Alexandria,
 quibus Tarsoensis a STRABONE preferitur.*
- V. *De Generibus Literarum, in Schola Tar-
 sica traditarum.*
- VI. *Enarrantur ciues quidam eruditii Tar-
 senses.*
- VII. *De Schola Cilicum, contra Stephanum
 surgente.*
- VIII. *PAVLVS, Tarsoensis prognatus.*
- IX. *De Literis PAVLINIS. De Poetis,
 a PAVLLO excitatis. Discensio fit a Cel.
 ALBERTI sententia.*

X.

- X. Literæ PAVLLINÆ a præstantia Scholæ Tarsensis repetuntur.
XI. Elegans quædam CASAVBONI obserua-
tio confertur.
XII. Explicatur locus quidam de uita PAVLLI.
XIII. Vestigia duo uitæ PAVLLI Tarsicæ ex
Epistolis eius deriuata.
XIV. Remouentur Cilicismi, dictioni PAVL-
LINÆ a quibusdam aspersi.
XV. Notatur JO. LAMIVS, recentior eru-
ditionis PAVLLINÆ oppugnator.

I.

Neminem facile dissentientem ha-
biturum me, prauideo, si dixe-
rim, haud deesse in monumen-
tis Scriptorum veterum, quæ
Cilicum terræ famam nominis,
non omnino optimi, conciliare possint.
Non enim solum ERASMVS, in Chiliadi-
bus, annotat uelut λόγον παλαιὸν circum-
ferri solitum, μὴ ῥάδιος αἱληθένειν τὰς κίλι-
κας, minus studiosos veritatis esse Cilices. Sed
& præter hanc neglecta ueritatis notam,
aliis adhuc maculis Cilices conspergi so-
lent. Sic SVIDAS a) ex ZENOBIО de
tarrociniis dixit & crudelitate Cilicum, iisque
ληγεῖας atque ὠμότητα tribuit, unde κιλίκιος

Kk 3

Ἐλε-

a) Lex. Græc. T. II. p. 313. ed. Kuf.

λεθεος, Cilicum exitium ore uulgi usurpatum. Et, postquam generatim idem accusarat πονηρίαν Cilicum, ἐγκλιμένεται dici, subiicit, pro κακοφεύεται, ἐγκλιζεται uero, pro κακοφέρεται. Præterea & cedium, ex ebrietate exsurgentium, SVIDAS meminit, prouocans ad THEOPOMPVM Historicum, apud quem κιλικιος exprimit τὸν εἰς παροιας Φάνον. Natum hinc accepimus dicterium illud: Κεῆτες, Καππάδονες, Κιλικες, τρία κάππα κάκισα, quod ex SVIDA & CONSTANTINO PORPHYROGENNETA repetit Doctissimus Vir, IO. ALBERTI. b) Quae tamen, pariter atque alia, Cilicum laudi minus fauentia, facile obseurat literarum elegantiorum studium, quod in ipsa Ciliciæ Metropoli, c) Tarsø, insigniter floruisse, iamiam copiosius enarrare constitui. Quanquam enim, mente primum, agitasse me pleniores Tarsi, qua de illius origine, conditore, situ, natura, ceteris, notatu dignis, exponeretur, descriptionem, haud diffitor, intelligebam tamen, hac si pro di-

b) Obseru. Philol. in N. F. Libb. p. 410.

c) Quo nomine Tarsus in Numis inprimis ornatur. Conf. LVC. HOLSTEN. Not. & Castig. in STEPH. BYZ. p. 313. HENR. NORIS. de Epoch. Syro-Maced. Opp. T. II. p. 386. sq. EZ. SPANHEM. Ep. I. ad MORELL. p. 83. 84. Id. de Præst. & Vſu Numism. p. 200. 201.

gnitate suppeditari debeat, & longiori orationis filo opus esse, & pleraque, quæ a Scriptoribus præstantissimi magna cura industriaque tradita sunt, repetenda. Reliquis igitur omnibus, quæ descriptioni urbis accuratiori inseruire possint, ab instituto præsenti remotis, illud tantum ornamentum, quod literarum omnis generis præstantia, doctrinæque liberalis copia eidem conciliatum fuit, solicitius persequamur.

II.

Tarsi florem literarum elegantiorum, cuiuslibet fere generis, olim fuisse conspectum, uel exinde fit perspicuum, quod inter præcipuos Deos, a Tarsensibus cultos, præter Jouem, & Herculem (d) Apollinem cum Minerua, quem Deum Deamue literis præfecit fabulosa antiquitas, refert in loco quodam singulari DIO CHRYSOSTOMVS, *Oratione Tarsica priori:* (e)
Ἄγε δὴ, πρὸς τὴν Ἡρακλέας, καὶ τὴν Περσέως,
καὶ τὴν Ἀπόλλωνος, καὶ τῆς Αθηνᾶς καὶ τῶν ἄλλων. Θεῶν, ἃς τιμᾶτε, ἀποκρίνασθε μοι, κ. τ.
λ. Age uero, per Herculem & Perseum, &
Apollinem, & Mineruam, aliosque, quos co-

Kk 4

li-

d) LAVR. BEGER Thes. Brandenburg. T. II. p. 66.

e) vid. DIONIS CHRYSOST. *Orationes* LXXX.

p. 407. ed. Casaub.

litis, Deos, respondate mihi, cet. Idem DIO, sub Orationis illius initium, mentionem facit non solum *Herculis & Persei*, quorum de utroque gloriari Tarsenses consueuerint, sed ipsum etiam *Apollolinem*, eiusque tridentem, persequitur, dicens περὶ τὸν Ἀπόλλωνος τῆς τριάδος. f) Quem locum doctissimus FEDERICVS MORELLVS g) ita emendat, ut rescribat Ἀπόλλωνος, καὶ περὶ τῆς τριάδος. IS. CA SAVBONVS h) vero, *Neptuno* potius conuenire tridentem, quam *Apollini* existimans, pro Ἀπόλλωνος scribit τὸν Ποσειδῶνος respectu habito fabulæ istius, de *Andromeda*, a *Neptuno* ceto exposita, sed a *Perseo* liberata, in qua non solum *Persei* mentio facienda, sed & *Neptuni*, eiusque tridentis. Nihilo secius Idem statim, *Apollinis* nomen retinendum, submonet, idque ob locum DIONIS clarissimum, de cultu *Apollinis* & *Minerue Tarisco*, quem antea subieci.

III.

Quales autem fuerint illæ literæ, si queras ex nobis, campus omnino ingrediendus erit latior, propterea, quod omninis

f) DIO, p. 394.

g) in DIONEM 98. 99.

h) Diatr. in DIONEM, p. 63.

omnis doctrinæ liberalis, omniumque literarum, & amoenitate, & præstantia se commendantium, copiam Tarsus suppeditat. Utar igitur hac in re duce, tanta fide prædicto, quanto doctrinæ apparatu, conspicuo, STRABONE. Hic, ubi in descriptione Asiae intra Taurum, quam Libris XI. XII. XIII. XIV. comprehendit, occupatur, de Tarsensium urbe distinctius aliquando atque accuratius pro more id differit, & non solum situm illius ac naturam inuestigat, sed literas in primis, ibidem florentes, extollit. Tribuit autem STRABO Tarsensibus rerum philosophicarum studium, præterea complexum scientiarum omnium, ex quo factum esse docet, ut, quod in omni STRABONIS testimonio commemoratione dignissimum est, uel ipsas Athenas, ipsamque Alexandriam, post se reliquerit, præterea & quemque locum alium, literarum laude insignem. Sic enim scribit: k) τοσάντη δε τοῖς ἐνθάδε αὐθεώποις σπεδὴ πρός τε Φιλοσοφίαν, καὶ τὴν ἄλλην ἐγκύκλιον ἀπαστὸν παιδείαν γέγονεν, ὡδὶ οὐπερβέλυνται καὶ Ἀθῆνας, καὶ Ἀλεξανδρείαν, καὶ τις ἄλλον τόπον δυνατὸν εἴπειν, εν ᾧ χολαρχοὶ διατριβαὶ τῶν Φιλοσοφῶν καὶ τῶν λόγων γένονται.

Kk 5

γένονται

i) Quamobrem Philosophi titulo ornatur a PLV² TARCHO, in Lucullo, p. 511.

k) Geograph. Lib. XIV. p. 463. ed. Casaub.

γόνατοι. Quæ GVILIELMVS XYLANDER,
Interpres STRABONIS, latine reddit:
Tantum autem Tarsensibus studium rerum
philosophicarum, & disciplinarum, quas en-
cyclias dicunt, Tarsenses incesit, ut supera-
uerint Athenas, Alexandream, &, si quis
alius nominari potest locus, ubi Philosophorum
& artium, ad humanitatem pertinentium,
Scholæ haberentur. Hoc solum discriminis
interesse, adiicit, inter Tarsicas aliarum-
que terrarum scholas, quod, cum harum
alumni e locis remotioribus plerumque
aduolent, Tarsicarum contra scholarum
flos ex solis inquilinis, ac ciuibus Tar-
sensibus, constituatur, qui postea exinde
discedant, aliarumque terrarum loca in-
uisant. Ἐνταῦθα μὲν οἱ Φιλοράθηντες, ἐπιχω-
ριοι πάντες εἰσὶ. ξένοι δὲ οὐκ ἐπιδημῶσι ράδιοι.
δοὶ αὐτοὶ γὰρ μεντοντινοὶ ἀντόθι, αὐλαὶ καὶ τελείων-
ται ἐπιδημήσαντες, καὶ τελιωθέντες ξενιτεύονται
ηδέως, κατέρχονται δὲ ὀλίγοι. XYLANDRI
Versio : Tarsi qui studia ista colunt, fere
sunt indigenæ : Peregrini non facile eo uenient-
tant. At indigenæ domi non desident, sed, ut
perfectionem consequantur, peregre abeunt :
perfectique libenter in alienis uersantur locis,
domum redeunt pauci. Illustrè hoc est te-
stimoniūm, quod tanto pluris faciendum,
tantoque spectatioris fidei habendum est,
quanto probatior est scriptor ipse, &,
quanto elegantior obseruatio ISAACI CA-
SAV-

SAVBONI, l) Tarsicarum Scholarum nomen huius demum STRABONIS ætate clarissimum extitisse.

IV.

Sed insigne hoc præ ceteris est in omni STRABONIS laude, quod *Athenis* atque *Alexandriæ* non solum æquiparet Tarsum Scriptor egregius, sed utriusque etiam urbi anteponat. *Athenis* enim sedem Musarum ac literarum elegantiorum officinam fuisse constitutam, ex antiquis monumentis copiose edocti sumus. Hic humanitatem, doctrinam, religionem, fruges, iura, leges, ortas, indeque in omnes fere terras distributas, TVLLIUS m) grauiter dixit, qui alibi Athenas, uelut omnium doctrinarum inuentrices, extollit. n) Hic *Græciæ Græciam THVCYDIDES*, *Græciæ Museum* alii, ad quos TH. DE PINEDO o) prouocat, conspicantur. Hic celeberrimæ Philosophorum scholæ ac Gymnasia uisuntur, Academia PLATONIS, Poricus ZENONIS, Lyceum ARISTOTELIS, Cynosarges ANTISTHENIS Cygnici, ubi de rebus & grauisimis & subtillis.

l) vid. infra §. XI.

m) pro Flacco, c. XXVI.

n) de Orat. L. I. c. IV.

o) ad STEPHAN. BYZ. de Vrb. & Pop. p. 27.

lisimis disputatur. Hic magnus Philosophorum numerus in PAVLLVM inuolat, ad conflictum, de immortalitate animorum instituendum. p) Et, quis est, quem prætereat, ipsum Athenarum nomen originem debere Palladi, vel Minerue, quam Αθήνης Græci dicunt, Deamque literarum præsidem fabulantur. Eam ob caussam σεμνῆς παλλάδος ολευὴ πόλις, Augustæ Palladis urbs inlyta Athenæ salutantur ARISTOPHANI, cuius versus suppeditat STEPHANVS BYZANTIVS. q) Atque eadem Pallas, Θεὸς Αθηναῖα, Dea Athenea, dicta est, iudice iterum STEPHANO. Cernitur ibidem locus, Minerue datus, literisque consecratus; qui Athenæ nomine insignitur, a quo, xstate nostra, ad alia Gymnasia translatum nomen meminimus. Ardet etiam Athenis Lucerna Minerue perpetua, ex auro consecra, literarumque ac literatorum Symbolum exhibens, quod ueterum scriptorum fide confirmatur. r) Exinde ratio petenda, cur Athenas Italiz LIVIVS dixerit Mineruum oppidum, uidelicet ab origine nomi-

p) ACT. XVII. 18.

q) u. Αθῆναι, p. 28. ed. Pined.

r) De qua CLEMENS ALEXANDRINVS, ARNOBIVS, PAVSANIAS, alii. vid. FR. AD. LAMPE, in Ioannem, T. II. p. 98. Cel. SCHLICHTER. de Lychnucho Sacro, p. 38. 39.

nominis Athenarum Atticarum. s) Verum, non opus est, ut plura in commendationem urbis, olim florentissimæ, differam. Legat, cui lubet, PAVSANIAM, in *Atticis*. Adiungat MEVRSIVM, in *Athenis Atticis*. Comparet Scriptores ueteres Græcos pariter ac Latinos, & explanatiū enarrata inueniet, quæ strictum a me attingenda, non plane prætereunda erant. At, neque *Alexandriæ*, cuius præter Athens STRABO meminit, merita in disciplinas liberaliores obseura sunt, quæ insignis veteris Ægypti urbs fuit, & literarum laude, si quæquam, clara. Hæc viros doctos complures protulit, ex his ORIGENEM & CLEMENTEM, præterea APOLLO-NEM illum, quem LVCAS in *Actibus ἀνδρῶν λογίας, uiri diserti, literisque exculti, elogio dignatur.* t) Sic Schola Alexandrinorum Hierosolymis claruit, frequentata confluxu ciuium Alexandrinorum, qui primum literas coluerant in urbe patria, postea uero Hierosolymis legis studio uocabant. u) Quo de loco deinceps dicam. Adde laborem insignem, in conficienda interpretatione Græca Codicis diuinioris a Doctoribus Alexandrinis suscep̄tum, ha-

s) DE PINEDO, ad Steph. Byz. p. 29.

t) XIIIX. 24.

u) ACT. VI. 9.

bebis, quo de copia ac præstantia literarum Alexandrinarum conuincaris. *Bibliothecarum Alexandrinarum*, quæ in *Serapio*, Templo Alexandriæ, præstantissimo, habebantur, testis est AMMIANVS MARCELLINVS, x) qui eas *inæstimabiles* vocat, & fide monumentorum ueterum accepit, septingenta illius uoluminum milia, a Ptolemæis Regibus uigiliis perpetuis composita, bello Alexandrino conflagrassæ. Cum quo AMMIANI loco contendantur, quæ in exutiendo illo de Bibliothecis Alexandrinis differit HENR. VALESIVS. y) Idem meminit *Musei* præstantissimi, quod ibi in *Bruchio* fuerit, expositum conuentui eruditorum, maxime ARISTARCHI, HERODIANI, SACCÆ AMMONII, DİDYMI CHALCENTERI, de quo Museo idem differit VALESIVS. Priscum hunc Scholarum Alexandrinarum florem æmulari studuit illa, quæ Christianorum ætate ibi viguit, *Catecheticæ* noniune insignita. Hæc quanta laude feratur, in scriptorum probatissimorum monimentis, magno eruditionis apparatu Vir Celerimus, JO. GEORG. MICHAELIS singulari haud ita pridem diatriba z) ostendit.

V.

x) Rer. Gest. L. XXII. p. 234. ed. Vales.

y) p. 244.

z) Legitur ea in SYMBOLIS his LITER. T. I. p. 195
sqq.

V.

Non tamen accusandus est STRABO commendationis Tarsi nimia, uel assen-
tationis alicuius, ubi cum Athenis atque Alexandria Tarsum componit, & utrius-
urbi anteferendam putat. Namque hoc rectissime conuenit cum uerbis præmissis,
quibus *encyclopædiam*, orbem scientiarum, complexum disciplinarum, uindicat Scho-
lis Tarsensium, siue Φιλοσοφίαν καὶ τὴν ἀλ-
λην παιδευσιν, ut locum STRABONIS in
compendio comprehendit *Chrestomathia*
STRABONIS, quam Græce primum edi-
dit SIGISMUNDVS GELENIVS, latine
conuerit HIERON. GEMVSÆVS, græce
vero & latine tum JO. HVDSONVS To-
mo II. Scriptorum minorum Geograph.
uet. inferuit, tum THEODORVS IANSON.
AB ALMELOVEEN editionis STRA-
BONIANÆ ad calcem adiecit, cuius de
incerto conditore, huiusque ætate, ma-
gna doctrinæ copia disputat HENR. DOD-
WELLVS, in Dissertatione singulari
STRABONI ALMELOVEENII præfixa.
Nolo hic pluribus inuestigare, quænam
fuerint literarum genera, in illa Tarsen-
sium Schola tradita, partim, quod
STRABO nullum huius rei indicium fe-
cit, partim, quod, neque opus esse e-
narratione, intelligo, cum complexus
scien-

scientiarum omnium nullam earum excludat. Ne tamen nihil dixisse uidetur, quasdam ex iis literis attingam. Ac scientiam quidem *physicam* Tarsi floruisse, DIO CHRYSOSTOMVS, Prusæensis Orator, qui duplici *Oratione Tarsica* multa nobis de hac urbe reliquit, nobilis testis est. a) Præterea celebritatem nominis consecutus sunt Poetæ *Tarsici* quorum mentio iniicitur a DIOGENE LAERTIO. b) Hic enim inter decem BIONES, olim in Hellade claros, recenset etiam Poetam Tragicum, unum eorum, qui *Ταρσινοί* appellati. In quo loco, pro *Ταρσινών*, legisse, *Σαργεῖων*, THEODORVM MARCILIVM, ad PERSII proœmium, Explanator DIOGENIS doctus atque elegans, ÆGIDIUS MENAGIVS, c) annotat, at nihil tamen, uult mutari in verbis scriptoris sui. Quæris, forsitan, qualesnam sint Poetæ illi *Tarsici*? Atque hic pro me respondeat ISAACVS CASAVBONVS, d) qui huc aduocat *Rhetores Asiaticos*, *Rhetores Rhodiacos*, pluresque alias huius generis Viros. Hos, uti a peculiari doctrinæ genere, quod iis in locis studio tantorum Virorum floruit,

no-

- a) Conf. CASAVB. Diatr. in DIONEM, p. 64.
- b) de Vitis Philosoph. L. IV. p. III.
- c) in DIOG. LAERT. p. 108.
- d) de Satyrica Poesi, L. I. cap. V.

nomen accepisse, constat, ita consimili certe modo Poetas illi Tarsici dicti uidentura singulari carminum componendorum ratione, certoque, ut ait CASAVBONVS, Poeseos charactere. Locus est uberior, quem tamen integrum idem MENAGIVS, in DIOGENEM commentatus, exceptit. Præterea neque Eloquentiam, neque literarum Græcarum studium, desideratum in Scholis Tarsensium, nemo facile iuerit inficias. Id quod confirmare potest tantus Virorum Eruditissimorum numerus, Tarsi & prognatorum & educatorum. Hi, cum eruditionis fama incliti sint, ad tantam aspirare laudem non potuissent, nisi a pueris iisdem Tarsensium literis probe fuissent imbuti. Quod conuenit cum testimonio STRABONIS, qui scholas Tarsicas a ciuibus duntaxat frequentari, eleganter obseruauit.

VI.

Iam dabo Philosophos, dabo Oratores, Grammaticos, Poetas, Tarsi natos, ac disciplina Tarsica subactos. Sequor iterum STRABONEM, præstantissimum ducem. Profert ille Philosophos, & Stoicos, & Academicos, ANTIPATRVM, ARCHEDAMVM, NESTOREM, duos etiam ATHENODOROS. Adiungit Grammaticos, T. III. P. III. LI quo-

quorum scripta supersint, ARTEMIDORVM ac THEODORVM. Subiectum poetam quendam Tragicum, eorum, quos Pleiades a numero septenario vocari, refert, praestantisimum, uidelicet, DIONYSIDEM. Pergit in laude præclara, ac plures nominare se posse, indicat, a quorum tamen enarratione sibi temperet. *Romam* in primis testari posse, graniter scribit, quam ingentem literatorum segetem Tarsus protulerit; hanc enim Tar-sensium atque Alexandrinorum *μεσην*, *plenan* dicit. e) Tam facile est STRABONI, Tarsum prædicare fœcundam ingeniorum limatisimorum matrem, ciuiumque Tar-sensium dare catalogum, qui pluribus adhuc nominibus locupletari posset, si alios ex ueteribus conferre placeret. Vi-des enim apud LAERTIVM f) in vita DEMETRII, ubi quosdam, DEMETRII nomine claros, producit, ex tribus Poëtis eiusdem nominis excitari aliquem, qui *Tarsicus Satyrographus* salutatur. Quo in loco admirandum est, ab Interpretate lati-no, THOMA ALDOBRANDINO, uocem, *Ταρσινος*, redditam fuisse, *Persicus*, quasi ipsam dictionem Græcam, quam recte in græco textu exprimit, corrupte le-git.

e) l.c. p. 264.

f) de Vitis Philos. L. V. p. 135.

gisset. Addi plures possunt, si excutiantur Indices, uel Bibliothecæ scriptorum græcorum, ex quibus nulla illustrior, opere FABRICIANO. Vnus est, quem transire nequeo propterea, quod urbi huic patriæ insigni decori fuit, quem tamen ciuium Tarsensium catalogo STRABO non interficerit, quia ætate illius integro fere saeculo inferior est.) Sed STEPHANVS BYZANTIVS, g) in Tarsi descriptione, eundem producit: ἐκ ταύτης ἐγίνετο Ἐρμογένης, ο τὴν Ἀρτοφίνην γεγράφως. Ex hac urbe fuit HERMOGENES, qui Rhetoricam scripsit. At, quanta sint HERMOGENIS merita, cuius ego, non dignus sum, qui nomen uel scribam, uel effera, quanta doctrinæ profunditate, libris argumenti nobilissimi inserta, inclauerit, quanta præco-
cis huius ingenii fœcunditas, qua secundum dicterium quorundam, ANTIOCHI maxime Sophistæ, HERMOGENEM iuuenem senem, senem puerum reddidit, nemo rectius nouit, iis, qui legendi exutien-
dique libros eius facultate sunt instructi, uel, qui ea legerunt laudum ornamenta, qua in eundem ex ueteribus SVIDAS, h)
atque apud eundem PHILOSTRATVS

L 1 2 LE-

g) de Vrbibus & Popul. p. 638.

h) Lex. Gr. T. I. p. 860. ed. KUST.

LEMNIVS, præterea TZETZES, in *Chi-*
liadibus, ex nostris JO. ALB. FABRICIVS,
 i) aliique, effundunt.

VII.

His omnibus eruditis Tarsensium ciui-
 bus addo adhuc eos, qui Hierosolymis,
 LVCA referente, commorati sunt. Sur-
 gunt enim aduersus STEPHANVM, di-
 uino robore confirmatum, cum pluribus
 aliis Hierosolymitanorum Scholis, ^{τηνες}
^{τῶν ἀπὸ Κιλικίας καὶ Ασίας,} k) Surgit, in-
 quam, *Schola*, quæ *Cilicum* vocatur, quæ-
 que, ut plures Ciliciae ciues, sic cum iis-
 dem maxime Tarsenses, ex eius Metro-
 poli oriundos, capiebat. At, hi omnes
 non discesserant, nisi probe literis ibi tin-
 eti, quod scimus iterum ex STRABONE,
 qui, Tarsenses in patriis nutritri scholis,
 perhibet, & deinceps in loca peregrina
 proficiisci. Digna commemoratione est
 CAMPEGII VITRINGÆ, l) obseruatio,
 qua per scholas a LVCA nominatas, non
 Synagogas, ostendit, prese sic dictas, in-
 telligi, precationibus legisque diuinæ le-
 ctioni destinatas, sed potius Gymnasia,
 Φεοτισμένα atque Academias, quas Hebræi

i) Biblioth. Gr. Vol. IV. p. 429. sqq.

k) ACT. VI. 9.

l) de Synag. Vet. L. I. P. I. c. XIV. p. 253. sqq.

dictitare, & Synagogis ad-
iungere, olim consueuerunt. Nec de-
sunt rationes ipsius sententia, quarum
duplicem affert, unam, qua, uel ipfos
Hebraeos, testari, docet, Synagogarum
Hierosolymitanarum singulis adiunctam
olim fuisse Academiam, בית מדרש di-
ctam, alteram, qua, Tarsenses, submo-
net, disputationem instituere cum STE-
PHANO de rebus, ad fidei professionem
spectantibus, quod scholis maiori iure con-
ueniat, quam Synagogis. Erant enim illi συζητεύτες, qua quidem uoce LVCAS
utitur, ut significet, disputationem ab iis
institutam acerrimam fuisse, tricisque mul-
tis refertani. Hoc respondet uerbo He-
brorum טרשו, unde SYRVS suum ?
quo hic usus est, deriuauit. Idem etiam
a בית alienum non est, cuiusmo-
di inquisitionum domos Codex Bab. Ketha-
bhuth a בית רינן Synedriis, Sy-
nagogis & בית סופרים Pædagogii, cla-
rissime distinguit. Quem ad locum RA-
SCHI annotat, Synagogas ad precandum
destinatas, Pædagogia pro pueris consti-
tuta, sed Academias למשנה להלמود dispu-
tationibus Mischnicis ac Talmudicis, hoc
est, Gemaricis, consecratas fuisse, ad ca-
pita fidei, in conflictu eruditio agi-
tan-

tanda. m) Neque obstat, quod STEPHANI aduersarii aduolasse dicantur *εν της συναγωγης*, cui כנסת, siue *Synagoga* responderet, cum uox hoc loco sensu latiori capienda sit, siue eodem, quo SYRVS infra græcam dictionem, *συνέδριον*, per eandem reddidit. Hæc quo proximius ad ueritatem accedunt, tanto minori ueri specie commendat se sententia IOANNIS HARDVINI, quam primum in *Diario Treuoltiano*, A. 1701. postea in *Operibus Seleclis*, n) proposuit, sed, quæ insolens dici iure suo meretur, propterea, quod duas solum Hierosolymitanis scholas vindicat, alteram ciuium *Hierosolymitanorum*, alteram *Libertinorum*. Sed, *Libertinorum* scholam aduenas omnes cepisse, iudicat, uidelicet *Cyrenæos*, *Alexandrinos*, *Cilices*, *Asianos*, eo in loco a scriptore sacro excitatos. Cui opinioni præsidium aliquod exinde afferre annititur, quod Iudea ante se habuerit mare mediterraneum, Hebræis mare magnum dictum, ab omnibus Iudeæ ac Syria partibus populos illos cingens, cum a dextro & septentrionali latere proxima illi fuerit Cilicia atque Asia, a lævo uero, seu meridionali, &

Egyptum

m) Locum Cod. huius & RASCHII exhibit JACOB. RHENFERD. de X. Otiolis Synag. Diss. I. p. 35.

n) p. 903.

Ægyptus, ubi Alexandria, & Libyā, ubi Cyrenæ. Quæ tamen sententia noua, non est, quanquam eam appellare ita placuerit summe Reuer. DEYLINGIO, o) cum, iam ante HARDVINVM, Doct. JO. SELDENVS p) idem senserit, ut monitum est a CAMP. VITRINGA, q) Ipse autem VITRINGA duabus de causis discessio-
nem facit, tum, quod, Alexandrinos Sy-
nagogam habuisse, a ceteris secretam, ex
TALMVDE intellexit, tum, quod post
Ægyptivam copula καὶ expressa est, quam
HARDVINO aduersari, recte opinatur.
Acquiescimus in sententia Celeb. DEYLIN-
GII r) qui non solum, ex Hebræis insi-
gnem Scholarum apud Hierosolymitanos
numerum probari, afferit, sed etiam CA-
ROLO SIGONIO, aliisque, quibus iam
CHRYSOSTOMVS ac BEDA præiuerunt,
accedit, &, *Libertinos* ab iis Judæorum
ortos, existimat, quos Romani suam in
urbem captos duxerant, & ciuitate dona-
rant. Quam etiam interpretandi rationem
a PHILONE, in *Legatione ad Caïum*, haud
obscure confirmari, ex JO. PEARSONII
Lectionibus in Acta Lucæ accepimus. s) Cum
L 1 4 his

o) Obseru. Sacr. P. II. p. 438.
p) de lute Nat. & Gent. L. M. c. V.

q) l. cit. p. 257.

r) l. c. p. 438.

s) p. 59 Operum Posth. a DODWELLO edit.

his aliisque NATHANAEL LARDNERVS, Scriptor non ignobilis, compareatur. t)

VIII.

Non extitit autem omni illa aetate, qua Tarsus floruit, exemplum aliquod cuius eruditii Tarsensis, qui PAVLLO comparari poscit. Hunc Tarsi natum, Tarsi perpolitum, Tarso Hierosolymam profectum, paginarum sacrarum fide nobis traditum est. Hanc enim urbem solum natale PAVLLVS ipse ueneratur, in locis aliquot Actuum Apostolicorum, ubi se *Virum Iudeum, Tarso oriundum*, dicit. u) Quo spectacioris fidei haec PAVLLI testimonia sunt, quibus ipsa uox CHRISTI, PAVLLVM de Cœlo Tarsensem nuncupantis, x) accedit, hoc maiori dignum admiratione uidetur, qui uenerit in mentem nonnullis, HIERONYMI, y) ut opinor, auctoritate deceptis, cogitare de *Giscala, Galilææ oppido*, ueluti de PAVLLI patria, in quo loco parentes illius habitasse, PAVLLVM in lucem edidisse, sed, Giscala a Ro-

t) Fid. Histor. Euang. P. I. p. 195. sqq.

u) ACT. XXI. 39. XXII. 3.

x) ACT. IX. 11.

y) Ep. ad Philem. T. IX. Opp. p. 269. & in Catal. Script. Eccl. cap. V.

Romanis capta, ac diruta, exinde cum eodem Tarsum concesisse, sine omni rationum pondere feruntur. Effugit hoc industriam AVBERTI MIRÆI, ERASMI ROTERODAMI, & MARIANI VICTORII, non indoctorum Scholiastrarum *Catalogi Hieronymiani*, qui locum hunc prorsus præterierunt. At aliis Vir Doctissimus, z) PAVLLO docet contradicere HIERONYMVM, & Ebionitarum confert sententiam de PAVLLO, homine Graco, ex gentilibus oriundo, quam EPIPHANIVS impugnauit. Quanquam autem, hanc *Giscalæ*, de qua pauca annotant CHRISTOPH. CELLARIVS a) & HADR. RELANDVS, b) laudem tribuere HIERONYMVM, negari non potest, duplex tamen HIERONYMI locus, cuius uerba præter HENR. GRAVIVM, scholiastram HIERONYMI, RELANDVS exhibit, conferendus est. Horum in uno *fabulam* hoc nuncupat idonea uoce HIERONYMVS, atque, aiunt, addit, non sine circumspetione. Erit igitur de loco altero, in quo haec asserere HIERONYMVS uidetur, ita existimandum, ut dicamus, eum aut hic

L 1 s. reuo-

z) ERN. SAL. CYPRIAN. Not. ad Catal. Scr. Eccl. p. 226.

a) Not. Orbis Antiq. T. II. p. 505.

b) in Palæstina, L. III. p. 601. Add. Celeb. HARENBERG in Otiis Gandershem, p. 131.

reuocare, quæ prius scripserit, ab aliis deceptus, aut, eum utroque in loco non uelut scriptorem, qui rem, de qua dicit, afferat, sed tantum, qui referat, ab aliis uelle iudicari. Viderint igitur, ADRI-
CHOMIVS, c) PETR. BELLONIVS, d)
& alias quispiam vir doctus, qui præsi-
de SCHVRZFLEISCHIO PAVLLVM ~~Συντομο~~
publica disputatione stitit, e) quo-
modo causæ suæ prospiciant, dum loco
HIERONYMI lubrico minus circumspecie
innituntur.

IX.

Jam cum constet sibi sententia, PAVL-
LVM Tarsi in Cilicia a Tarsensibus ciui-
bus in lucem editum fuisse, non multo
labore opus esse video, ut euincam,
PAVLLVM in eadem urbe literis nauasse
operam, easdemque frequentasse scholas,
quas tanta laude celebratas a ueteribus,
illustri STRABONIS exemplo comproba-
ui. Illud enim tum ex eruditione PAVLLI,
tum ex uerbis clarissimis, quibus uitæ suæ
rationem strictim indicat, opido relinqu-
tur. Literis multiplicis generis politum
fuisse

c) Theatr. Terræ Sauctæ, p. 16.

d) Obseru. L. II. c. 99. p. 366.

e) Coroll. IV. huius Disput.

fuisse PAVLLI ingenium, quis est, qui
inisciari ausit? Erat quidem ab ipso Deo
singularibus insignitus dotibus, atque, ut
ipse ad *Galatas* f) scribit, *εκ κοιλίας μητρός*
αὐθορισμένος, ab utero matris a Deo segregatus; Poterant tamen dotes hæc omnes
amplificari, exornari, perpoliri, præstan-
stantia disciplinæ Tarsicæ. Quid igitur
impedit, quo minus PAVLLVM e Schola
Tarsica Rhetorem, Philosophum, paucis,
Polyhistora egressum, libere pronuncie-
mus? Quæ cum latisime, pateant, faci-
le, iam dimitto, haud ignarus, singula-
ribus eruditorum Diatribis rem ita ex-
cussam fuisse, ut nihil fere, quod dici
posfit, fuerit relictum. g) Attingam tamen,
suppeditata occasione, eruditionem PAVL-
LI, e libris Græcorum comparatam, non
tam Philosophorum, quam Poetarum.
Hanc largietur mihi, quemcunque non
prætereunt tria oracula, vulgo nota, qui-
bus PAVLLVS ad Poetarum prouocare
carmina rectissime iudicatur. h) Tres il-
lorum scriptorum plerumque excitant,
qui

f) I. 15.

g) Vid. JO. CHRIST. WOLFII Curae in Epist. ad
Rom. p. 2. 3.

h) Conf. GEORG. PHIL. OLEARII Diff. de Scripto-
ribus profanis, a Paullo Apostolo alleg. Lips. 1701.
FRID. STRVNZII Diff. in Dictum Arati: τὰ γὰρ
τούτων οὐδὲν εἰπεν. *Εἰπεν τούτων οὐδὲν*

qui numero locorum PAVLLINORVM se adstringunt, ARATVM, in *Libris Phænomenum*, i) MENANDRVM, in *Dramate, Thais inscripto*, k) & EPIMENIDEM in *Oraculis*. l) At, si ipsa uerba excutiantur, non solum trium illorum scripta, sed plurium etiam, citare PAVLLVM, existimari poterit. Nam, quod ARATO recte datur PAVLLI dictum, de hominibus, diuorum progenie, in CLEANTHIS *Hymno in Iouem* eruditu viri iisdem uerbis offendunt, &, paucis mutatis, etiam in *Carminibus PYTHAGORÆ aureis*, præterea & apud HESIODVM atque HOMERVM. Quorum sententia, non persuasione, sed rationibus nimirum. Nam, cum PAVLLVS non ad unum Poetarum, sed ad plures, hic se recipiat, quid impedit, quo minus uerba eius ad omnes illos, qui ea de re, parum immutata uerborum serie, quicquam dixerunt, extendamus. * Oraculum alterum recte acceptum referunt MENANDRO. Cum tamen EVRIPIDES, Tragoëdiarum artifex, idem fere dictum, uerbis fere iisdem, express-

καὶ γένος ἐσπέντεν. Vitemb. IO. HENR. a SEELEN, de Poetis eorundemque dictis, in N. T. cattatis, Medit. Exeget. P. II. p. 312. seqq.

i) ACT. XVII. 28.

k) 1 CORINTH. XV. 23.

l) TIT. I. 12.

* Conferri poterunt, quæ de eadem re monimus in Dissert. ad Art. XVII. 22. seqq. C. I.

presserit, utrumque Poetarum respectum ab Apostolo, non sine ueri specie animaduertunt. Effatum ultimum EPIMENIDI, qui uulgo *Prophetæ* cohonestatur titulo, tribuitur. Recte quidem. At, nihil minus & ex Poetis, qui olim Prophetæ dicti, CALLIMACHI locus in promptu est eruditis. Ex quibus tamen prior haud absurdè præfertur, tametsi obstat magnus literarum elegantiorum arbiter, fidus Belgii lucidum, JOANNES ALBERTI, m) qui hæc uerba tritum adeo dictum reputat, ut in ore etiam pueris haberetur. DottiSSIMA ANNÆ FABRI, in CALLIMACHVM commentatæ, & MEVRSII, qui incerti operis uersum dixit, auctoritas talis non est, quæ sola mouere aliquem possit, ut a uera deflectat sententia. Contra ea, cum ad ἕδιον τινα αὐτῶν Προφῆτην prouocet Apostolus, quo quidem *Prophetæ* nomine EPIMENIDEM salutatum a Cretensibus, meminimus, non sine insig-
gni difficultate uerba ea ad sermonem uulgi referri, manifestum est. Et, si inuictissimis etiam euinci rationibus posset, *Oracula* ista haudquaquam deberi EPIMENIDI, perpetuo tamen ad certum quendam Cretensem *Prophetam* respiciendum erit, qui uel ore ea uerba tradiderit, uel literis

con-

m) Obseru. in N. F. Libb. p. 411.

consignarit. Ex his apparebit, PAVLVM omnino in *Poetarum Græcorum*, fere omnium, lectione fuisse versatissimum, eorumque scripta in succum & sanguinem conuertere, a pueris solitum. Existere tamen nihilo secius, qui ea de re dubitant, suo probauit exemplo JOANNES CLERICVS, n) duplice nixus fulcro, quorum unum ad abstinentiam Judæorum a lectione Ethnicorum spectat, alterum, ad defectum coloris profani in libris PAVLLINIS. Vtrumque docte eneruat Celeberrimus post fata LAKEMACHERVS, o) ubi tam exempla contraria PHILONIS & JOSEPHI excitat, quorum uterque Ethnicorum scripta legit, quam ad uestigia eruditionis profanæ prouocat, ab aliis copiose eruta, quæ tamen, ob sapientiæ cœlestis ac ueritatis diuinæ simplicitatem, comparere non ubiuis potuerint. Ceterum, si quis in testimoniosis orationibus PAVLLINÆ, ex ipso PAVLLO allatis, acquiescere nolit, dabo ei testem quendam, haud spernendum, FESTVM illum, qui uel in conspectu PAVLLI ad πολλὰ γράμματα p) prouocat, quæ tanta copia ingenium eius exerceant, ut cunctem fere ad insaniam perducant.

n) Annot. ad 1 Corinth. XV. 33.

o) Obleru. Philol. P. III. p. 311. 312.

p) ACT. XXVI. 24.

X.

Jam, cum literarum omnis generis laudem PAVLLVS sibi acquisuerit, nemo erit, qui nobis non accedat, si dicamus, omnes illas, quibus PAVLLVS Apostolus claruit, literas, siue ad Eloqueniam, siue ad Philosophiam, siue ad studium græcarum litterarum referantur, soli disciplinæ Tarsicæ deberi. Potuit enim ea studia Tarsi comparare sibi Vir, afflato diuino tactus, propterea, quod omnium literarum copia, STRABONE interprete, Tarsus floruit. Sed &, uere eas, comparasse sibi Apostorum, hoc minus dubitandum, quo conuenientius illud est ipsis moribus Tarsensem, quorum omnes scholas frequentasse patrias, eodem Auctore, confirmauimus. Cuilibet igitur incurrit in oculos, tum quantam doctrinæ ubertatem Tarsus præbuerit, tum quanto successu PAVLLVS ipse sitim eruditam ibidem restinguere consueuerit.

XI

Haud inscinter animaduertit aliquando IS. CASAVBONVS, q) scholam illam Tarsensem, quæ iam delineanda fuit, STRABONIS nostri ætate conspicuam in-

pri-

q) de Satyrica Poesi, L.I. cap. V.

primis fuisse. *Ætate Strabonis*, inquit, *stu-*
dia literarum mirum in modum Tarsi flore-
bant. Iterum: *Sero, nec multo ante Geo-*
graphum, (Strabonem) cœpere literarum stu-
dia apud Tarsenses florere. Qui quidem lo-
cus instituto huic nostro uel eam ob cau-
sam præclare inseruit, quod cognosci inde-
poteat, STRABONEM in iis, quæ de Tar-
*so refert, testem esse, omni fide dignissi-
mum, cum non a maioribus per manus
tradita acceperit, quæ commemorat, sed
sua ætate suisque oculis ipse conspexerit.
Ex pluribus etiam Geographia ipsius locis
euinci potest, STRABONEM profectiones
instituisse in ea, quæ descripsit, loca, non
solum in Ægyptum, Italiam, Sardiniam,
pluresque Insulas, sed & in Græciam at-
que Asiam. Hæc qui expenderit, facili-
us poterit respondere iis, qui, nimium
dixisse STRABONEM de laude Tarsi, opini-
nari forsan possint. Sed, ex eadem et-
iam CASAVBONI obseruatione confici-
tur, PAVLLVM ea ætate scholam fre-
quentasse Tarsicam, qua ea flore suo o-
ptimo est gauisa. Floruit enim ipsa STRA-
BONIS ætate. Atqui, PAVLLVS &
STRABO σύγχρονοι sunt. Vixit STRABO
ætate Tiberii. Quam ob rem conferatur
MARSILIVS CAGNATVS, qui in Obser-
uationibus uariis r) ea de re grauiter erudi-
*te-**

r) L. III. c. XX. in Lampadis GRVTER. T. III. p. 608.

teque dixit. Idem etiam ex pluribus Geographiæ STRABONIS locis scite conficit IO. ALB. FABRICIVS. s) At, in eandem ætatem & PAVLLI tempora incident. Hoc partim ex *Annalibus V. & N. T. VS-SERIO* conditis, partim ex *Annalibus Paulinis, JOANNIS PEARSONII*, quos HENR. DODWELLVS Operibus posthumis Episcopi huius Cestriensis inseruit, cognosci potest. Et, PAVLLVM quidem diebus uitæ CHRISTI ultimis scholam frequentasse, exinde uerisimile fit, quod, cæde STEPHANI facta, quæ uel in annum mortis CHRISTI, uel in sequentem incidit, SAVLLVS t) iam uersatur Hierosolymis, in forma *veavis*, uestesque custodit. Idem, in Epistola, *ad Philemonem* data, u) quæ secundum JAC. VSSERIVM t) A.C. 64. exarata, se iam πρεσβύτην, senem dixit, quod SYRVS recte Λω transtulit, cum de ætate comodissime intelligatur, non obstante Celeberrimi GEORG. LVD. OEDERI, y) hoc negantis, interpretatione, a qua iam discessit JO. CHRIST. T. III. P. III.

Mm WOL-

s) Bibl. Græc. L. IV. c. I. p. 3.

t) ACT. VII. 58. Conf. VSSER. p. 643. PEARSON.

p. I.

u) u. 9.

x) p. 680.

y) Syntagma Observ. Sacr. p. 661.

WOLFIVS. z) Relinquitur id, quod rei nostræ apprime consentaneum est, PAVLVM Scholam Tarsicam, & ætate STRABONIS, & in maximo illius flore frequentasse.

XII.

Quod de ingenio PAVLLINO, disciplina Tarsica egregie exculto, hactenus expositum est, ex ipso illius testimonio exploratissimæ fidei confirmari potest. Hic, ubi se virum, Tarsi prognatum, vocat, continuo educationis sua mentionem iniicit, quam nativitati subiungit. a)
 Ἐγώ μὲν εἰμὶ ἄνης Ιωάννος, γεγενημένος εὐ Τάρσῳ τῆς Κιλικίας, ανατεθραμμένος δε εὐ τῇ πόλει ταυτῇ, παῖδα τῆς πόδας Γαραλιὴ πεπαιδευμένος κατὰ αὐτούς τοὺς πατερῶν νόμούς, ζηλωτὸς ὑπάρχων τῷ Θεῷ, καθὼς πάντες υμεῖς ἐστε σῆμερον. Quæ ad illustrem hunc locum a SCALIGERO, PETITO, WAGENSEILIO, disputata sunt, magno studio excutient Viri Doctissimi, CAMP. VITRINUS b) JO. CHRIST. WOLFIVS c) & CAR. MARIA DV VEIL, d) quæ ideo reperi-

2) Cur. in Ep. ad Phil. p. 579.

2) ACT. XXII. 3.

b) de Synag. Vet. L. I. P. I. c. VII. p. 168. sqq.

c) Cur. Phil. & Crit. in Acta Ap. p. 1322.

d) Explicat. Act. Apost. p. 395. 396.

petere non uacat. Id tamen præterire nequeo, posse nos in loci huius interiora uix penetrare, nisi intercisa mutentur. Vedit hoc iam Doctissimus Vir, JAC. PERIZONIVS, e) qui, ubi obseruauit, miris modis atque in cassum torquere se tam PETITVM, quam SCALIGERVM, præsentemque locutionem, ex qua discipulorum sessio comprobari posse simplicissimam uocauit, textus Græci uerba distingui ita, iubet, ut comma post ταῦτη exprimatur, post uocem uero Γαμαλιὴλ, uulgo expressum, per lituram auferatur, ex quo qualem conficiat sententiam, cognoscere haud difficulter licet, quamuis explicationem non adiecerit. Eadem interpungendi ratio & WOLFIO f) arrisit, & JOANNIS ALBERTI g) assensu ornata fuit, quorum uterque conspirat in eo, quod in uerbis illis quatuor comprehendantur uitæ PAVLLI articuli, gens illius, qua Judæus fuit, patria, qua Tarsensis, locus educationis, qua Hierosolymitanus, institutio, qua discipulus Gamalielis. Cuius inter sententiaz patronos tametsi a WOLFIO etiam VITRINGA adducitur, huius tamen locum, ab eo excitatum, non

Mm 2 omnia

e) ad AELIANI Var. Histor. p. 996. 997.

f) l. c. p. 1322.

g) Obs. in N. T. Libb. p. 263.

omnino huc redire, animaduerto. VITRINGA enim PAVLLVM *enutritum* prohibet *ad pedes GAMALIELIS*, illudque de institutione Pauli, a GAMALIELE profecta, explicat, cum tamen & WOLFIVS & ALBERTI uocabulum *enutritus*, non tam ad doctrinam referant, quam ad educationem, cui accedit, quod institutio demum sub uoce, πεπαιδευμένος comprehendatur. Ceterum, hi omnes, quorum mentionem inieci, Viri Eruditissimi, cum educationis locum Hierosolymam dixerint, ac uerba, ἵνα πόλεις τάυτη, non ad Tarsum, sed ad Judaicam illam Metropolis referenda duxerint, ab his remotus est Celeberr. GEORG. GVIL. KIRCHMAIERVS, h) qui PAVLLVM & Tarsi natum, & Tarsi educatum, Hierosolymis uero tantum in legis præceptis informatum, ex serie uocum, interpunctionis uia, & ratione uitæ PAVLLINÆ, cuicit. Tarsi enim tenerior ætas literarum, ad humilitatem spectantium, scientia imbuenda erat. At interior Theologizæ Judaicæ, atque acroamatica cognitio, relinquenda erat schola Hierosolymitanæ, quæ meritis magni GAMALIELIS florebat, cuius quidem doctrina ex dignitate νομοδιδασκαλίᾳ

18

h) Diff. de PAVLLO, Σκέψις Ἐκλογῆς, §. XVII.,
p. 30.

λει) perspicitur, auctoritas uero ex illu-
stri phrasī, τίμιος παντὶ τῷ λαῷ, quam hoc
sensu JO. ALBERTI, k) recte interpre-
tatur, apparet. Cui interpretandi rationi,
non video, quid obuerti iure possit, in
eaque ut acquiescam, non una me compel-
li ratione, sentio.

XIII.

Huius uitæ PAVLLI, quam Tarsi per
multorum annorum decursum transegit,
uestigia nonnulla in ipsis illius scriptis re-
licta sunt, ex quibus duo duntaxat attin-
go. Vnum eorum Celeberrimo Lipsien-
sium Theologo, SALOM. DEYLINGIO
l) me debere, gratus profiteor. Hic,
quando locum illustrem explanat, in quo
Ecclesia Dei titulo *columnæ ac firmamentis*
ueritatis insignitur, σύλς, seu *columnæ* uo-
cem scienter animaduertit ad Templum
gentilium, πολύσυλλα *multis columnis* fulta,
referri a JAC. GOTHOFREDO, m) Ex
hac igitur interpretatione, admissa atque
aprobata, conficit, ἐδράσωμα, *firmamen-*
tum, dici partem aliquam eiusmodi
Templi. Quæ tamen uox cum alibi non

Mm 3 com-

i) ACT. V. 34.

k) I. c. p. 231.

l) Obseru. Sacr. P. I. p. 190.

m) Exerc. I. de Eccles.

compareat, scite coniicit, PAVLLVM eandem ab Architectis accepisse Græcorum, siue Atheniensium, quorum in urbe tum commoratus fuit, cum hæc scriberet, siue ipsorum Tarsensium, apud quos primos uitæ annos transegit. Ecce uerba illius: *Si hæc τε σύλλογοις απόστολοι ad tempora gentilitia ualeat, necesse est, ut statuamus ἑδραιώματος uocem, cum ista copulatam, ædificii partem notare, & cum amplius non occurrat, ab ARCHITECTIS, uel Tarsi CILICIAE, ubi D. PAULVS natus, literisque fuerat excultus, uel Athenis certe, ubi Epistolam hanc scripsit, usurpatam fuisse.* Alterum referendum est tum ad Victores illos Græcorum, tum ad Sacerdotes magnæ auctoritatis, qui in uniuersa Asia minori, ipsaque urbe Tarso, corona laurea, oleaginea, aurea, insigniti, incedebant, ob eamque causam Stephanephori dicti sunt. De his generatim legantur Viri, laude mea superiores, qui, cum aliis Græcorum Stephanephoris, Tarsensium etiam meminerunt. n) Nam, ut Stephanophorus Magnesiorum Sacerdos fuit Apollinis & Solis, Nicopoleus & Lampacenorum Sacerdos Augustorum totiusque familiæ

Au-

n) ANTON. VAN DALE Diff. de Stephanephoris Græcorum, quæ quinta est in Dissert. Antiquitatis & Marmoribus inferuientibus, p. 360 sqq.
JO. GVIL. DE BERGER Progr. de Stephanephoro

Augustæ, Smyrnenium Sacerdos Bacchi & Brisei, sic Tarsenium Stephanophorum Sacerdotem Herculis repræsentasse eiusdem si- de traditum est. Eiusmodi Sacerdotem Tarsensem coronatum LYSIAM fuisse, Phi- losophum Epicureum, ab ATHENÆO literis consignatum est, qui eum *Herculis Sacerdotem* dicit, & indutum tunica purpurea, fagoque, seu paludamento & corona laurea exornatum repræsentat. Hos Tarsenium Stephanophoros in Asia mi- nori, in Cilicia, ac Tarso, Metropoli illius, oculis obuersantes PAVLLVS sèpius conspexerat. Quid impedit, quo minus eum, ubi Coronarum meminit, quibus insigniatur regale Dei in his terris Sacerdo- tium, cœtusque victorum spiritualium, Coronatos illos Ciliciz Sacerdotes Victores- que, animo agitasse, existimemus. Ex hoc ritu PAVLLINAM iustitiae coronam ele- ganter illustrat Nob. Dom. de BERGER o) qui de PAVLLO, Natus Tarso, inquit, urbe Græca, uersatus inter Græcos, quos ac- cessit docendi cauſa, sine dubio Stephanopho- ros omnis generis in pluribus utriusque Græ-

Mm 4 cix,

phoris Veterum, Vitemb. 1725. in Stromat. A-
cad. p. 240. sqq. THEODORI HASÆI Diff. de
Stephanophoris Asiz, in MVSEO BREM. vol. II.
p. 237. sqq. WILH. ERN. EWALDI Diff. ad Apoc.
III. II. in MVS. BREM. Vol. II. p. 215. sqq.

o) l.c. p. 242.

ciæ, & Europeæ & Asiaticæ ciuitatibus uidit.
Hic tamen per illustrem ritus, usitati Græcis,
imaginem eos intuetur demum, qui, palma
in agone stadioque potiti, putabantur, ut loqui-
tur Lucianus, ΙΣΟΘΕΟΙ, siue, ut Poeta Ly-
ricus, ad Deos enecti. Eodem modo ui-
detur sentiendum de JOANNE Theolo-
go, qui eo in libro, quem septem Asia
minoris Ecclesiis inscripsit, de Coronis
cœlestibus sanctissime loquitur, earum-
que ad meditationem, conspectu illorum
Sacerdotum Victorumque, easdem com-
pellit. p)

XIV.

Adiicere possem aliud uitæ PAVLLI
Tarsicæ uestigium, petitum a Cilicimis,
quos a solo natali, Ciliciæ Metropoli,
Sermoni PAVLLINO aspersos, nonnulli
rentur. Hos obiici, dolemus, viro di-
uino ab HIERONYMO, ad Algaſiam, fe-
minam nobilem, q) scribente, qui qua-
tuor PAVLLI effata r) huc aduocat, in
quibus uerba offendit, quibus usque hodie
Cilices uti, scribit. Eadem mens sedet
ORI-

- p) Vid. HASÆVS, & EWALD. II. cc. Add. WOL-
FII Cur. phil. in Apocal. p. 474.
q) Opp. T. III. Epist. 151.
r) ROM. VI. 19. I. CORINTH. IV. 3. II. COR.
XI. 9. COLOSS. II. 18.

ORIGENI, qui, in Epistolam *ad Romanos* commentatus, de peregrinitate conqueritur PAVLLI e Cilicum idiomate, de quibusdam, parum Græcis. Ex quo etiam ORIGENE sua accepisse HIERONYMVM, eo constantius nonnulli asserunt, quo apertius scribit aliquando ipse HIERONYMVS, pleraque in Commentariis, ab se confectis, DIDYMO, APOLLINARI atque ORIGENI, accepta esse referenda. Verum, quæ a Cilicimis, PAVLLO obiectis, exsurgunt, maculæ, dudum a scriptis eius, stilo non inquinato, sed puro, incorruptoque exaratis, abstensa sunt, quo in capite nemo maiori laude se exercuit, BALTH. STOLBERGIO, s) qui non solum, ob STRABONIS testimonium, Tarsensibus linguam solœcam denegat, sed & quatuor illa oracula PAVLLINA, singularibus capitibus, ab omni labe imminua, declarat.

XV.

Ex his, quæ strictim a me carptimque disputata sunt, relinqu existimo, tum, quantus olim scholarum Tarsicarum, STRABONIS in primis ætate, flos extite-

M m 5 rit,

*) de Solœcism. & Barbarism. Græcæ N. F. dictioni falso trib. cap. XX. p. 91. 1qq.

rit, tum, quam opportuna PAVLLO occasio oblata Tarsi fuerit, omnia literarum præstantissimarum genera in scholis illis nauiter imbibendi. Quæ etiam PAVLLI literæ quo exploratori fide constant, hoc magis admirandus uidetur inexpectatus ille lapsus JOANNIS LAMII, Doctoris Florentini, qui in Libro, *de Eruditione Apostolorum*, Florentiæ 1738. diuulgato, tam abiecta de PAVLLI Eruditione disserit, huius ut vindicia singularem omnino expertere laborem uideantur. Imbecillitatem argumentorum ipsius Auctores *Actorum Eruditorum Lipsiensium*) iam perspexerunt. Et, facili profecto negotio, enervari poterunt omnia, quæcumque, pro stabilenda sententia, tum a PAVLLI *Cilicisms Hyperbatis, Solœcismis*, tum ab oraculis eius, quibus sapientiam mundanam despicit, petuntur. Quæ enim de PAVLLI *Solœcismis, Cilicisms, Hyperbatis, de Sermonis nitore, uerborum compositione, eloquii uenustate*, scriptis PAVLLINIS neganda, plus simplici uice inspergit Vir Doctissimus, ex HIERONYMO, CHRYSOSTOMO, aliisque Patrum priscæ Christianorum Ecclesiæ, quibus, uelut ancoræ cuidam sacrae, innititur, deriuata sunt. At, Patrum auctoritati, tanquam in omnibus &

t) MDCCXL p. 121, sqq.

& ubique sibi constanti, pro qua Doctis-
funo LAMIO, eiusque fidei addictis, pu-
gnandum est, insistere nequeo, cum plu-
res eorum, longeque grauissimos, erro-
res nostra ac superiori atate detectos fu-
isse, neminem prætereat. Neque etiam
intelliguntur Patres a quo quis lectore eo
modo, quo, cum scriberent, intelligi ab
aliis voluerunt. Decerpuntur & multa,
qua, si ipsa Patrum uolumina adeantur,
ibidemque uerborum seriei ac συναρθέσιο
textus inhæreatur, longe aliter fluunt.
Ex ipsis literis diuinioribus, qua a Viro
Celeb. u) huc aduocantur, oracula, x)
maxima gaudent ui conuincendi nos de
integritate sententia Auctoris, nisi in-
terpretatio eorum infirmiori paululum ti-
bicine niteretur. Quodsi enim sapientia
mundana, inflata, affectata, doctrinæ
sanctiores ridens plane ac despiciens, di-
stinguatur ab eruditione solida, qua pie-
tatem ac doctrinæ diuinioris studium haud-
quaquam respuit, sed uiris etiam, diuino
afflato gauisifis, saluo eorundem cum Deo
commercio, inesse potuit, continuo in-
cidi poterunt nerui totius argumentatio-
nis.

u) p. 118. 119.

x) I. CORINTH. I. 26. II. COR. II. 12. II. PETR. I.
16. MATTH. XI. 25. I. CORINTH. II. 4.

IV.

JOH. JAC. KESSLERI
CONJECTVRA

DE
OCCASIONE, ET AVCTORE
PSALMI CXV.

§. I.

Cum Auctor hujus Psalmi, aucto-
risque vel Ecclesiae fata, quæ illi
conficiendo ansam dederint,
nulla epigraphe indicentur, in-
terpretes, pro cuiusque ingenio,
& conjectandi peritia, in varias discessere
sententias. Quidam eorum, nulla aucto-
ris mentione injecta existimant, hymno
hoc, Deo ad maris rubri littora gratias a-
gi, ejusque laudes celebrari à populo
Israelitico, quem è servitute Ægyptiaca in
libertatem vindicaverat. Procul dubio
occasione huic conjecturæ præbuit, Psal-
mus proxime antecedens, quo cum hic
noster in Vers. Æthiop. Arab. Syriaca, Vulg.
atque Alexandrina connectitur. Accedit
quod Kimchius ad h. l. testetur, esse He-
breos quoque codices, in quibus Psal-
mus

mus hic à præcedente non distinguitur. Coccejus in Comment. ad h. Ps. provocat ad Codicem MSt. Biblioth. Lugdun. in Belgio, in quo hic Psalmus cum superiori continuatur. Idem tamen exinde, quod post Ps. 145, qui nobis 146 est, Psalmi non numerentur, conjicit, scriptorem hujus Codicis errasse, erroremque suum deprehendisse cum non longe abesset à fine. Verum hanc Psalmi nostri cum præcedente contractionem, contra ipsam Vulgati auctoritatem Simeon de Muis improbat, nixus potissimum, Codicum Hebr. melioris notæ, atque Eusebii de Codicibus Gr. testimonio. Accedit non solum Paraphras̄tæ Chaldaei auctoritas, sed & quod ipsum hujus Cantici argumentum, non exhibeat gratiarum actionem, laudisque divinæ concelebrationem, pro beneficio iam præstito, sed potius exhortationem populi in publica calamitate, ut fiduciam in Deo vera fide ponat, durantibus adhuc angustiis. Sunt quidem & alii, qui illum Danieli ejusque sociis in Captivitate Babylonica tribuunt, vel qui Mardochæo atque Estheræ, vel qui Davidi eundem adjudicant, qui tot pericula inter idololatras præcipue Philistæos exhauserat: Verum cum nulli idoneo arguento conjecturæ hæ superstructæ sint, illis omnibus non immoramus.

¶. II.

§. II.

Perpensis rite omnibus hymni hujus momentis, contenta ejus in nullum temporis articulum melius quadrare videntur, quam quo Senacheribus Assyriorum rex, regi Judæ Hiskiæ, atque Hierosolymis cum exercitu imminens, illis dira omnia, blasphemis comminationibus, intentaverat, ut fusi narratur II. Regum XVIII. XIX. II. Chron. XXXII. & Jesaiæ XXXVI. XXXVII. Vel ipse igitur Hiskias, vel quis alius illius temporis vates Odam hanc sacram concinnavit, ut populi tot ærumnis, & comminationibus insuper presi fiduciam, in Dei solius auxilio collocandam corroboraret. Sane Hiskias vatibus sacris jure merito accenserit, atque adeo hujus Psalmi auctor haberi potest, cum ipse Odarum suarum, quibus Dei laudes in Domo ejus per omnem vitam decantandæ forent, mentionem faciat Esaïæ XXXVIII. 20. Plusquam probabile insuper est ipsi in acceptis ferendum esse Psalmum CXVI, quem composuit cum è gravissimi morbi discrimine feliciter elutatus esset. Interim sententia nostræ nihil decedet, si non ipsi quidem regi, at alteri tamen ejusdem ætatis vati sacro, Psalmum hunc tribuendum censeas. Constat ex Proverb. XXV. 1. Hiskiam in colligendis atque disponendis Scriptis Sacris ope-

opera insignium virorum usum fuisse, quos inter Esaiam, Hoseam, & Micham prophetas, qui sub illius regno oracula sua partim credere, non improbabili conjectura referre poteris. Zelus tamen ille, quo in Psalmo hoc vanitas idolorum risui exponitur, & fiducia, quæ solo vero Deo niti debebat, commendatur, omnium optime exprimit characterem summi hujus regis, qui instauratione cultus Veri Numinis, atque destructione idolorum superstitionisque idololatricæ, reges & præcedentis, & sequentis ævi, longissimo post se intervallo reliquit, ipsius Spiritus S. elegiis hanc ob causam mactatus II. Regum XVIII. 5. 6.

§. III.

Hæc uti in genere spectata non parum probabilitatis sententiæ nostræ conciliant, cum Psalmum hunc ad illius ætatem referimus, sic in specie pro illo temporis articulo, quem occasionem illi confiendo suppeditasse suspicamur, non parum militat, quod Psalmum hunc nostrum immediate excipit ille, quem Hiskias, ex gravissimo adversæ valetudinis periculo elapsus, Deo cecinit. Senacheribi enim historia, & narratio angustiarum, ad quas regem Judæ, cum Hierosolymis sese redactu-

dacturum gloriatus fuerat, citatis poster. Libr. Regum & Chronic. nec non Esaiz locis, proxime antecedit historiam de an- cipite Hiskiæ morbo, ejusque miracu- losa depulsione, quæ statim ll. cc. subne- ctitur. Amicissime cum hac rerum gesta- rum serie atque narratione conspirat ordo Psalmor. CXV. & CXVI. atque exinde per- suasus sum, non imbellè pro conjectura nostra peti posse argumentum. Omnia vero optime pulcherrimam conspiratio- nem contentorum Psalmi nostri, cum illa Hiskiæ atque Senacheribi historia intelli- gemus, si per singula eamus, specialem- que illius cum hac contentionem institua- mus. Patebit inde, eandem Psalmi nostri materiam, eandem occasionem, eundem- que scopum esse, quam quidem Psalmi XLVI, quem Celeb. & Summe Vene- randus Symbol. harum Collector, ante a- liquot annos felicissime atque doctissime ex hac ipsa historia illustravit, comma il- lius stum præcipue ex II. Chron. XXXII. z. 3. 4. explicans, in Dissert. de Risis Flu- vii, urbem Dei & habitacula Altissimi la- tificantibus Bremæ 1742.

§. IV.

Statim in limine hujus Cantici occur- rit imploratio auxiliī Dei, propter nomi- nis

nis ipsius gloriam, quæ violata erat ab hostibus, de quorum blasphemias & insultibus vates conqueritur com. 1. 2. Verus ille Deus, cuius auxilium votis expetitur, & in quem hostes idololatrici injurii fuerant, omnibus falsis & fictitiis gentium Diis opponitur, inde à com. 3. usque ad 7. partim ut inde pateat, quo jure ad e-
Ius opem provocetur, cuius spem omnem
hostes præcidere annitebantur, partim ut
hoc pacto firmum ponatur fundamentum,
cui sequens adhortatio superstruī posset.
Statim enim subjungit poeta sacer elegan-
tissimam, & maxime patheticam exhor-
tationem populi Dei, ut rejectis idolis,
soli vero Deo confidat, cum promissione
certissimi auxilii, & voto gratiarum po-
tentissimo liberatori in terra viventium
persolvendarum, à com. 8, usque ad finem
Psalmi. Hisce cunctis amicissime conve-
nit, cum omnibus circumstantiis historiæ
illius, quam Scriptores Sacri, adductis
locis sub regno Hiskiae, cum Senacheribo
accidisse narrant, uti jam ex propiori ea-
rum cum Psalmo nostro collatione eluce-
scet. Summum animis Judæorum pavo-
rem incusserant blasphemæ Senacheribi
comminationes, quas Legati ejus evo-
muerant, & rex ipse Hiskias inops confi-
lii, justoque dolore, propter injurias Deo
Iraelis illatas, percitus, illius auxilium
T. III, P. III.

Nn

ar-

550 Joh. Jac. Kessleri Conjectura

ardentissimis precibus exposcebat. Ecce
adest nuntius ab Esaiā instinctu divino
missus , qui exquisitissimis consolationi-
bus afflictum regem , dejectosque populi
Judaici animos erigit, inter alia nomine
Dei pollicitus רְנָתָרִי אֶל הַעֲדָה זְהָתָה
לְמַעַן וּלְמַעַן רֹד עֲבֹרוֹ
protegam urbem hanc, ut eam servem propter
me ipsum , & propter Davidem servum meum
II. Regum XIX. 34. quibus gemina leguntur
Esaiā XXXVII. 35. Hoc fide arripiens His-
kias com. I. Psalmi nostri orat: *Non nobis,*
Jehova, sed nomini tuo da gloriam; Hæc enim
gloria nominis sui erat, ad quam Deus digi-
tum intendens promittit: Eripiam Hiero-
sylma רְמַעַן . Quod dein subjungitur
וּלְמַעַן רֹד עֲבֹרוֹ , rex supplicans iterum in
usus suos egregie convertit, Psalmi nostri
com. I. addens עַל חָסָר עַל אַמְתָּה propter
gratiam tuam , propter veritatem tuam. Phrasii
enim Scriptoribus Sacris familiari , Gratia
& veritas adhibentur de promissionibus
foederis Davidi factis, Vide Psalmi LXXXIX.
2. 3. 25. 34. & Conf. Jes. LV. 3. ubi exdem
vocantur חָסָר רֹד הַנְּאָמֵנָה Gratiae Da-
vidis veraces.

§. V.

Affyriorum rex , vana ferocientis ani-
mi superbia elatus , nimiaque rerum ha-
cte-

ctenus gestarum fortuna ebrius, & Legatis, & literis suis, acerba multa & blasphemia in Deum Israelis jactaverat, animum regis populique Judaici eo potissimum infringere studens, quod iis toties impingit, vana eos spe divini auxillii latari, Deumque ipsorum illos non posse eripere e manu sua, quæ victrix hactenus maximam longe lateque stragem ediderat. Vide sis II. Regum XVIII. 30. 32. 35. XIX. 10. 11. II. Chron. XXXII. 11 - 17. & Esaiæ XXXVI. 15 - 20. & XXXVII. 10. 11. His commotus regis Hiskiæ animus in querulas voces erumpit, Deumque populi sui potentissimum & gratosissimum per omnia secula vindicem & assertorem, his com. 2. verbis obtestatur, למה יאמרו הנוצרים אלה נא אלהיהם, *Quare dicent gentes, ubi nunc Deus ipsorum?* Felici armorum successu tumidus regis Assyriorum animus, illum eo usque dementiae provexerat, ut verum viuumque Israelis Deum, eodem gradu cum falsis devictarum gentium Numinibus collocaret, eumque committeret cum idolis Gozanis, Charanis, & Resephæ, & Hedenensium qui sunt Thelassare, Hamatha & Arphadi, urbis Sepharvaimorum, Henæ atque Ivvæ, nihil potentiores illum Deus Samariae asserens, quibus omnibus integrum non fuisset, terrorem clademque, quam populis terrisque eorum victrici dextra intulerat,

Nn 2

aver-

552 Joh. Jac. Kessleri Conjectura

avertere, ut inspectio locorum quæ modo
 indigitabam, docebit. His criminatio-
 nibus atque blasphemisiis, populi Judaici
 rex pias ad Deum suum preces opponit,
 illius Numen, qui Cheruborum alis insi-
 debat, solus in omnibus terrarum regnis
 Deus, hujusque universi potentissimus
 conditor, invocans, & ostendens quan-
 tum inter truncos stipitesque idolorum,
 verumque Deum, discriminis intersit.
 Præsentissimum Numinis hujus auxilium,
 populo suo præstandum, illius gloriam,
 majestatem, & omnipotentiam, contra
 tot acerbissimos idololatrarum insultus,
 in tuto collocare posse demonstrat. Le-
 guntur preces hæ II. Regum XIX. 15-19.
 coll. Jes. XXXVII. 16-20. Gemina his pla-
 ne sunt, quæ Cantici nostri com. 3. 4. 5. 6.
 & 7. comparent. Vindicat Psaltes com. 3.
Dei in cœlis omnipotentiam, qua quæcumque
ipſi placuere potis est perficere. Vlscitur
 com. sq. injuriam ipſi per comparationem
 cum idolis illatam, multo cum sale ridens
 argenteas illas aureasque gentium idololatri-
 carum statuas, quæ instructæ quidem ore,
 nec tamen loquuntur, oculis, nec vident, au-
 ribus, nec audiunt, naso, nec odorantur, ma-
 nibus, nec quicquam attreclant, pedibus, nec
 ambulant, guttare, nec spiritum ducunt.

J. IV.

§. VI.

Pergentes ad Psalmi nostri com. 8. & sqq.
usque ad 15 finem, videntur vates sa-
crum, rejecta & explosa eorum fiducia,
qui falsis & fictitiis Diis innitebantur, co-
hortari omnes & singulos populi Judaici, ut
spem suam in solo vero Deo ponerent,
cum certissima auxilii illius exspectatione.
Ecquid fortius, ut adversa fronte repu-
gnans, opponi poterat Senacheribi & Le-
gatorum ejus conatibus, qui scelesto au-
su id totis viribus agebant, ut regem His-
kiam, populumque Hierosolymitanum, à
fiducia in Deum suum averterent? Regi
Hiskiæ toties impingebant blasphemum
illud: *Ne te decipiat Deus tuus, cui confi-
dis, populoque identidem occinebant:*
Ne patiamini Hiskiam vos consolari Deo suo,
*dicentem Deus nos eripiet, nec urbs hec tra-
detur in manus regis Assyriorum.* Ubi est
quisquam ex omnibus terrarum Dñis, qui ter-
ras suas manibus meis exipuerit, ut Jehovæ
Hierosolymam à manu mea vindicare possit?
Vide II. Regum XVIII. 30. 35. & XIX. 11.
His similibusque piis vates fortissimo a-
nimō obviam it, ingeminans illud יִשְׂרָאֵל בְּתַחַת בִּירֹהָה. Uni-
versum populum, animos ejus in hanc
spem erigens, nomine Israelis compellat,
ut heroicum patris Jacobi animum ipsi re-

vocaret in memoriam, qui nomen *Israëlis* adeptus fuerat, postquam cum Deo hominibusque collectatus, victor ex arena discensisset Genes. XXXII. 28. Hæc communis ipsorum parentis vestigia, ipsis in publica hac calamitate premenda erant, fiducia quæ sese non pateretur divelli à Deo Israëlis, siquidem filii ejus minime degeneres appellari vellent. *Familia Aaronsis*, quam itidem pius Rex sperare in Deum jubet, jam inde à defectione decemtribuum, ad prærogativas regni Judæ, cuius clavum Hiskias tenebat, pertinuerat, atque hæc conservatio legitimi sacerdotii inter ipsos, populo Judaico poterat argumento esse, liberatorem & vindicem ipsi propitio Numine adfuturum, hostiumque nefarios ausus à jugulo populi sui depulsurum esse. Confer hanc in rem, gravissimam Abiæ regis Judæ orationem, quam Jeroboamo ejusque exercitui opposuisse legitur II. Chron. XIII. 9-12. *Timentes Deum*, quos ultimo loco poeta sacer compellat, h. e. Proselyti, qui variis e gentibus ad Judæorum sacra accesserant, nos quoque manu quasi ducunt ad regis Hiskiæ tempora. Illius enim sub regno, qui multo opere, & ardentissimo zelo, cultum veri Numinis instaurabat, plurimi vicinis e gentibus, ut tali in casu fieri solet, populo Judaico aggregabantur, id quod

quod non obscure Scriptor Sacer indicat
II. Chron. XXXII. 23. Hi & felicitatis, &
calamitatis Judæorum socii, jure merito
excitantur, ut hoc summo rerum in di-
scrimine, certa fide atque spe, opem Dei
Israelis præsumerent, ad cuius sacra fæse
contulerant. Senacheribus quidem ho-
rum omnium animis pavorem immittere
studuerat, auguratus ipsis, spem eorum
decollaturam, nec Deum Hiskiæ eos in-
columes præstiturum. At vates noster bo-
no animo universum populum, cum sa-
cerdotibus, & proselytis esse jubet, blas-
phemis hostium præsagiis opponens iden-
tidem reperitam auxilii divini promissio-
nem הָיָה וּמְנֻנָּה עַזָּה. Imminebat ur-
bi Assyriorum rex victore & numerosissi-
mo cum exercitu, nec apparatus Hiskiæ
bellicus, depellendæ propriis viribus huic
pesti sufficiebat. Provocat ergo ad Deum
Auxiliatorem & Protectorem, idque sub
emblemate *clypei*, alludendo ad qualem-
cunque armorum suorum apparatum, quo
Assyriorum impetum exciperet decreverat.
Vide II. Chron. XXXII. 5. ubi disertis ver-
bis armorum & clypearum mentio fit. His
enim armis clypeisq[ue] carnali fiducia
securi haud esse debebant, sed omne[m]
spem in solo Deo, *Auxiliatore & Clypeo*
collocare, ne Senacheribo similes evade-
rent, qui brachio carnis fretus, fæse in

armis copiisque suis jactaverat. Solus Deus promittens ut supra vidimus גָּנוֹתִי אֶל הַחֲנִית לְהַשְׁעָה, auxilium eorum atque *clypeus* esse debebat. Vide l. c. com. 6. & 7. Magnificis denique pollicitationibus populi animos in partes suas pertrahere Assyrius tentaverat : Facite mecum inquit pacem, ᵩ exite ad me, ᵩ comedite quisque de vite sua, ᵩ de fico sua quisque, ᵩ bibat quisque de aquis cisterne sue, usque quo veniam, ᵩ vos transferam in terram similem terrae vestre, terram frumenti ᵩ olei, terram panis ᵩ vinearum. Jes. XXXVI. 16. 17. II. Regum XVIII. 31. 32. Hiskias vero populi sui animos in officio, fibique devinctos continere studet, opponens his promissionem largissimæ benedictionis, quam ipsimet cum liberis suis, indies novis bonorum cumulis augendam, exspectare deberent à Deo creatore cœli & terræ, si ejus auxilio freti, spem in vero Deo positam non abjicerent.

§. VII.

Angustiis circumseptus Hiskias ad preces configuit, quibus à solo vero Deo liberationem ē manu hominum expetit, quasque Deus clementer exaudiens, effrænem impotentis animi licentiam in rege Assyriorum comprimit, ostendens quam

quam dira ipsi, quamque lata omnia His-
kia, populoque ejus immineant, quos li-
beraturum, protecturum, omniumque
bonorum affluentia mactaturum sese pol-
licetur II. Regum XIX. 19 - 34. Promis-
sis fides facta legitur II. Chron. XXXII. 22.
23. Et servavit Iehova Hiskiam, & incolas
Hierosolymiorum e manu Senacheribi regis As-
syriorum, & ex manu omnium, ATQVE
VNDIQAQE VINDICATOS, TAN-
QVAM GREGEM SVVM BONARVM RE-
RVM AFFVENTIA BEAVIT, AC VELV-
TI AD FONTES DEDUXIT AQVARVM,
QVARVM PLENIORE HAVSTV, PRIO-
REM ILLAM SITIM MISERIAMQE
EXVERENT ELVERENTQE, (ut verbis
Summi Schultensii Orig. Hebr. Tom. I.
p. 228. emphasi in verborum
elegantissime exprimam.) Et mulii addu-
cebant munus Iehovae Hierosolymam, & res
preciosas Hiskiae regi Iude, & extollebatur
posthac coram oculis omnium gentium. Ec-
quis non videt hac pulcherrimani ansam
conclusioni, com. 16. 17. 18. Psalmi no-
stri suppeditare, in quibus Psaltes fidu-
ciam denuo in solo Deo qui in cælis ha-
bitat, ponit, contra insultus hominum,
qui terram incolunt, ejusque auxilium læ-
ta spe præsumens, gratias Deo agendas,
laudesque illius decantandas in terra vi-
ventium, de seculo in seculum, pro-
mit-

mittit. Ex hac iam quantulacunque collatione elucescit Hiskiam non immerito hujus Cantici auctorem haberi posse quaque sub illius regno cum rege Assyriorum Senacheribo accidere , non spernendam nobis prælucere facem , ad sensum literalem Psalmi hujus eruendum , quo feliciter invento , clariora omnia in sensu mystici atque prophetic investigatione erunt , qui in plerisque Odarum sacrarum sensum literalem supponit.

V.

GERARDI JOANNIS LETTE
OBSERVATIONES
AD
QVÆDAM VETERIS INSTRU-
MENTI LOCA ;
MAXIME

IN

GENESIN , EXODVM
ET LEVITICVM.

QVIBVS OPE DIALECTI ARABICÆ
NOVA LVX ADFVNDETUR.

I.

G *enesis* III. 4. כִּי יוֹעַלְהֵנִי Diabolus
primos parentes seducturus ad scientiam

tiam Dei provocat. Plerique Interpretes tam Judæi quam Christiani, qua Veteres, qua Recentiores, ita hæc verba interpretantur, quasi Satan Deum apertæ malignitatis, & invidiæ argueret, qui hanc arborrem interdixisset, ne in societatem gloriæ suæ hominem admittere cogatur. Verba sunt *H. Witsii* Oeconom. Foed. p. 101, edit. Herborn. Convenientius tamen est, ait Vir Doctus, ut verbum hoc quasi juris-jurandi formulam accipiamus. Quo sensu & Paulus dixit 2 Cor. XI. u. ὁ Θεὸς σὺδεν. sic ut Deum sermonis sui testem perjurus deceptor appellaverit. Hæc explicatio sane unice est tenenda. Nihil enim in Oriente talibus formulis frequentius. Specimen sit illud Alcorani Surat: XXXVI. vs. 15.

قالوا ربنا يعلم انى ارتكب افسالون
Dixerunt. Dominus יְהוָה scit nos ad vos sane esse missos. Simile est illud apud Jeremiam Cap. XXVII. 16. Diem mortiferum non concupivi, אהדך tu nosti.

II.

Genesis III. 16. וְאֶל אִישׁ תַּשׁוֹקֵךְ Et ad virum tuum appetitus tuus. Poena a Deo matri Evæ imponitur, fore, ut cum dolore liberos pareret, additur & aliud complementum: ad virum tuum erit תַּשׁוֹקֵךְ veretur appetitus: quæ significatio radici שׁוֹקֵךְ mul-

multis in locis tribuitur. Difficultas sita est in explicacione. LXX. verterunt ἡ ποσέοφη σε. *Coccejus*, *accursatio tua*, i. e. præsto eris viro tuo. Si gravius nihil intendatur, quam simplex obedientia, quam intendit etiam *Aben Ezra* per תְּשִׁמְךָ obe-dientiam tuum, non videtur quadrare poena à Deo ipsi annunciata. Si origo radicis p̄u pateret, aliud forte concinnius dari potuisset. Aliquid itaque non injucundum tento ex usu verbi Arabici شاقٌ media, & ي ligavit funem ad palum: quæ princeps forte notio est. Hinc verterem. Et ad virum tuum alligatio tua. i. e. a viri tui nutu in omnibus licet gravissimis & diffi-cillimis pendebis, & ei ita adstricta eris, ut ab eo recedere iniquum tibi sit: Vir enim tuus plenarium in te habebit domini-um. Hoc confirmant non pauca N. T. loca, in quibus strictior illa obedientia mulieri viro suo ut capiti injungitur. Ephes. V. 22. I. Pet. III. 1. Tu. II. 5. I. Cor. XIV. 34. Est & alia explicatio, a quâ non alieni sunt Rabbini & ex nostris quidam: ut alluda-tur videlicet ad appetitum Venereum. Ita *Jarehius*, desiderium tuum nempe ad concubi-tum, & quamvis ita sit, non tamen erit tibi frons exigendi illum concubitum ore tuo, sed ipse dominabitur tibi: omnia ab illo pendebunt, & non a te. Parum inverecundius dictum. Hinc Targum vertit תְּשִׁמְךָ. Hunc usum ver-

verbi شاق abunde illustrabit Arabum
præsertim adhibitum in *re venerea* in VIII
specie: cum derivato شاق & مشوق Ve-
neris appetens, & مشوق desiderio specia-
tim amatorio affectus.

III.

הלא אָס רְצִיב שָׁאת Genesis IV. 7.
ואָס לֹא רְצִיב רְפַתֵּח חֲטָאת רְבֵץ וְאַלְזֵן
תְּשִׁקְתָּו וְאַתָּה הַמְשֵׁל בְּ
temporibus est controversi agitatus,
in quo explicando quot capita ferme tot
sensus reperiuntur. LXX Interpretes red-
dunt. εἰς ἐαν οὐδέως πρεσενέγκης, οὐδέως μὴ
διελήγεις, ημαρτεῖς. Ήσύχασαν An non si recte
obtuleris, recte vero divisoris, peccasti? Quie-
scere &c. Primus scrupulus residet in voce
אָס aradice נָשָׂא. Pro vario radicis signi-
ficatu varie vertitur, quidam. an non si
bene feceris, remissio, vel venia est. Alii ele-
vatio, vel elevaberis i. e. tamen præ fratre
tuo eminentia & jure primogeniturae ex-
celles. Aben Esra, quem sequitur Pfeif-
ferus in Dubiis Vexatis reddit. An non si
benefeceris, tollere poteris (faciem.) versu e-
nim sexto præcesserat. Ceciderunt facies e-
jus. Jam subsumitur an non si benefece-
ris, iterum lapsam, & pudore suffusam
faciem tolles i. e. habebis παρρησίαν ex bo-
na conscientia profectam. Hanc in rem
ad-

ad fertur Job. XI. 15. Fateor aptiorem hanc esse expositionem. Alter scrupulus est in רְכָזֶת תְּנִמּוֹת. Vertitur peccatum cubans, crediturque a quibusdam חַטָּאת esse communis generis propter adjectum masculinum רְכָזֶת. Tandem posteriora vertuntur vulgo, ad te desiderium ejus & tu dominaberis in illum. Dubium iterum quo sum affixum in השׁוֹקָה debeat referri. R. Salomon, nec non Cl. Coccejus refert ad חַטָּאת. hoc modo, ad te accusatio ejus, i. e. tibi te insinuat, tibi præsto est, ad blanditur peccatum: host est, concupiscentia. Belgæ tamen ad Abelem referunt: quasi diceret Deus Caino. Nihil tibi invidet frater tuus propter primogenitutam tuam, quin magis te diligit. Conspirat Chrysostomus, notante Mercero, explicans ut sensus sit, non esse, quod in fratrem excandescat, licet ei in videat, quippe quem sibi subjectum habeat; & cui jure primogeniturae dominetur. Ne omnia congeram, primo versionem meam exhibeo, verba dein explicabo. Totum versum sic converto. An non si benefeceris, aestimaberis! & si non benefeceris, peccatum ad ostium excubitor, & ad illum desiderium tuum, & tu exemplo exponeris in illo. Verbum נָשָׂא sape hoc sensu venit. Plena phrasis est נְשָׂא פְּנֵי facies suscipere, pro aestimare, honorare. Perpendantur loca sequentia. Genes. XIX. 21. נְשִׂיאָתִי פְּנֵךְ accipio

cipio faciem tuam, i. e. te hac in parte ho-
noro & æstimo, preces tuas exaudiendo.
Deut. XXVIII. 50. ne senis quidem personam
& respectum habebit. II. Regum V. 1. Nah-
man dicitur נָהָמָן honoratus.
II. Reg. III. 14. dicit Eliza, nisi ego respectu
Josaphati regis Jehude ducerer. Ibi non
indicatur προσωποληψία, sed honor & æsti-
matio. Jam vero dubium non est, quin
verbum נָשָׁא olim hanc significationem
habuerit: vel si lubet, ex præcedentibus,
נְגֻדָּה supplere, non obstabo. Alterum
autem נִסְתָּרָה est & manet fœmininum pec-
catum, hic speciatim signans pœnam peccati,
ita sumitur Genes. XX. 20. Sequens autem
נִצְבֵּה est participium, hic induens signifi-
cationem substantivam, q. d. excubitorum.
Plane ut Latinorum serpens, adolescens,
mera sunt participia, usu tamen substantiva.
Non contemnendus hic est usus
verbi Arabici بِضَعْنَى cubavit, de ove, cane,
leone, ut in illo Tograi Lamiato 'l Ajam.

فاطب حيث العدي والاسد وبضة
حول الكناس لها غاب من الاسل

Atqui amica (mea est) ubi (sunt) inimi-
ci & leones Cubantes
Circum latibula capreolarum, quibus (est)
sylva ex hastis.

Hinc

Hinc **بص** *leonem*, cœu *cubatorem* significat. Conferenda est & alia radix **بص** *exspectavit*: a notione adsiduæ videlicet *cubationis*. Hoc optime heic loci quadrare quivis facile animadverit: q.d. *peccatum te observat*, **و** ad invadendum excubias agit. Hinc patet תְשׁוֹקֵן referendum esse ad רַבָּץ. Verbulo adhuc moneo בְּנֵי הַמֶּלֶךְ *tu dominaberis in illum* sensum efficere incommodum. Omnino verti debet. *Tu exemplo exponeris in vel per illum peccatum*, per illum excubitorem. Ita Arabum مثل *sapius obvium*, plane etiam constructum cum בְּנֵי *Abulpharag.* Hist. Dynast. p. 253. واحد يمثل بالناس *cœpit in homines exemplum ponere* p. 383. ومثلوا به **و** جذعوا **انفه وانفيه** *exemplum in eo posuerunt* **و** *nasum*, auresque amputarunt. p. 423. واحد يمثل بالكهول *in provectionibus erat exemplum statuit.* Arabiades in Histor. Timuri p. 77. مثل بها *exemplum in eis constituit.* Hinc *Ezai. XIV. 16.* אֲלֵיכֶם נְמִשְׁתָּחַת non debet verti. Nobis assimilatus es. sed ad nos exemplum factus es. i. e. terrible pœna documentum, hinc derivatum מִשְׁלֵךְ pro pœna gravissimæ *exemplo* pasim obvium.

IV.

*Genesis IV. 8. וַיֹּאמֶר קִנְעָן אֶל הַבָּل אַחֲרֵי
dixit Cain ad Abelem fratrem suum.*

Notissimum est, Versionem LXX viralem, Samaritanam, aliasque versiones Orientales supplevisse, *abeamus in campum*. Consulatur Pfeifferus in dubiis Vexatis & Exercit. I. de colloquio Caini & Abelis, nec non ματαιολογίας Judaicæ Exercit. III. Cap. III. §. 5. Glasius in Phil. sacra p. 28. subscribo eorum explicationi: nempe אָמַר hic idem notare, quod רַבֵּר locutus est absolute. Citatur hanc in rem Exod. XIX. 25. addatur locus, qui unice hoc facit Genes. XXII. 7. וַיֹּאמֶר וְיִדְבַּר dixit Isaac ad Abraham patrem suum, וַיֹּאמֶר וְיִדְבַּר dixit pater mihi, ecce filii mihi, וַיֹּאמֶר וְיִדְבַּר dixit ecce ignis et ligna &c.

V.

*Genesis IV. 13. Et dixit Cain Jehovah
נָדַר עַנוּ מִנְשָׁוָא*

Posteriora sic convertunt ὅι ὁ. μέζων ἡ αἴσθια μὲ τὰ ἀφεθῆναι με, cum his succinunt Belgæ, majus est crimen, quam ut condonari posset; Vulgatus: majus est peccatum meum, quam ut veniam merear. Hæc versio, inquit Amama, si non peperit, saltem aluit opinionem Pontificiorum de merito con- T. III. P. III. O o grui.

grui. Doctissimus Pfeifferus in dubiis vexatis, hujus loci hanc exhibit paraphrasin. Scio equidem peccatum meum superare omnem spem veniae & gratiae, at cur non potius extemplo occidis? & cur tibi voluptas est, ut me fastidire debeat tellus & in me imposterum incursum cuncti homines? vel tolle vel tolera aequiore conditione. Verum hac explicatio, ut ut colorari posset, merito Virorum Doctorum calculum ferre non potuit. Tutius & cum Analogia Linguæ Hebr. convenientius fuerit verba hunc in modum convertere: Major est pena, quam ut feram. Phrasis enim יְהוָה נָאֵל pro ferre penam trita est, vide Levit. V. 1. יְהוָה נָאֵל & feret penam iniquitatis suæ; & v. 17. Numer. XIV. 33. ubi נָאֵל absolute sic adhibetur. Recte vertit Junius: ferent penam scortationum vestiarum. Numer. XVIII. 1. Carterum יְהוָה pena iniquitatis innumeris in locis prostat. Genes. XIX. 15. ne radaris in pena iniquitatis hujus urbis. 1. Sam. XXVIII. 10. Ps. XXXII. 5. confer notas Belgarum, ad Levitic. V. 1.

VI.

Genes VI. 2. Et viderunt filii Dei filias hominum.

Observandus hic est usus peculiaris Verbi רְאֵה vidit, in re amatoria, quo non simplificem

cem insertum & adspectum, sed cum affectu & cupiditate conjunctum. Ita explicandus locus Genes. XXXVIII. 9. ubi de Iuda dicitur, *& oculo cupido adspexit ibi filiam viri Cantanei.* Dubitare non finit Genes. XXXIV. 2. *& oculo cupido adspexit eam* (Dinam) Sichem, eamque accepit *& concubuit* &c. Hinc ad quæcunque, quæ desiderantur, transfertur, ut Prov. XXIII. 31. *ne ḥerā oculo cupido adspicias vinum, quem rubescit Deut. XII. 13. Cave tibi, ne offeras holocausta tua in omni loco, quem ḥerā vi-debis oculo cupido.* Vel si lubet, poteris *ḥerā significatione, despiciendi, judicandi, convertere.*

vii.

Genesis VIII. 17. Omne animal, quod tecum ex omni genere carnis, super terram educito tecum.

Elegantiam Linguæ Hebrææ non exprimunt, qui à ter repetitum vertunt cum, hoc modo, cum volucribus, cum bestiis, cum omnibus reptilibus. Omnino teneri debet, quod Arabes vocant redundantia, vel
ل زيد بقائم، quando dicunt قائم زيد pleonasticum, An Zeidus est in stante: id est in stante, vide Gjartumiam p. 94. Tale nominativi crebrum est Arabibus. Da-

bo paucula exempla. Ut in illo Adagio.
 الصقر ليس بصارم في وحرة *Accipiter non est in venante i. e. non venatur in nido suo*, simili-
 ter ما سالم عما قليل بسلام *non salvus est, qui ab eo, quod est, est in evadente, i. e. evadit.* vide quæ notavit D. Hackman. ad Exod. VI. 3. hinc explicuit olim Tsepregi Professor Claudiopolitanus in dissert. de Authentia selectiorum Cetibim Parte I. locum Genesios XXX. 11. & dixit Lea בְּנֵי Vulgo *venit turma*, quasi esset בָּנָה. Melius, in felicitate, i. e. felicitas. Huc facit quod notavit Abulpharag. H. D. p. 24.

ولدت زلفا ابنيان جان اي الـ ظـ تمـ اشـير ايـ المـيدـ *Peperit Zelpha duos filios,*
 גـ i. e. *Fortuna bona : deinde Ascher*, i. e. gloria. Confer Cl. Millii Dissert. Select. p. 243. Selden. de Diis Syris Syntagm. I. Cap. I. Pro hoc usu וְ vide Genes. IX. 2. 10. Psalm. X. 6. I. Chron. XII. 1. Esai. II. 22. His adde, quæ notavit olim Cl. Schultens in Animadv. Philol. ad Job. XXIII. 13. Exod. XXXII. 22. Psalm. LXVIII. 5.

VIII.

Genesis XV. 11. Et descenderunt volucres
 in cadavera. יְשַׁבֵּת - - eas Abraham.

LXX

LXX συνεδίθισεν αὐτοῖς sedit apud eas. **אַשְׁבָּה** absque Analogiâ. Huc inclinat etiam Grotius. Communis omnium Interpretum est calculus, quo **נִשְׁבָּה** vertitur: & diffлавit eas. i.e. flatu abegit. Quidam putant verbum **נִשְׁבָּה** idem esse, quod **נִשְׁבָּח** itidem flavit. Verum prius ex origine flatum lenorem, posterius graviorem infert. Hinc incommodius mihi videtur, Abrahamum leni tantum flatu aves abegisse: tunc enim facile redire poterant, & intrepidæ comedere. Scrupulum forte eximere possit Arabum **نَشَبَ** inhaesit, infixus fuit, in IV. versum fixit præde laqueum: aut eo prædam caput venator. Hinc apud Thalmudicorum **נִשְׁבָּחַ** & **נִשְׁבָּחָה** est laqueus, rete, pedica. Inde in Lexico Thalmud. Buxtorfi Proverb. XXII. 5. versum **נִשְׁבָּחַ** וּפֹרוּ בָּאֲרָחָה **rete** & **laquei** in via profunda. Hinc verti possit, & laqueum iis tetendit Abraham. Hoc tamen pro conjectura tantum exhibeo.

IX.

Genesis XX. 4. Abimelec non קָרַב adeam.
Insigni & honesta figura verbum קָרַב hic adhibetur in re Venerea, unde LXX recte vertunt ἡγέρεται αὐτῆς. plane ut notante Coccejo dixit Paulus I. Corinth. VII. 1.
γενναῖος μὴ ἀπέλθῃ. Arabicum قُرْبَ ea-
dem
Oo 3

570 Gerardi Joannis Lette Observ.

dem figura auctum exstat in *Histor. Dynast.*
p. 233. *وَلَا تَقْرِبُهَا*. *وَلَا تَقْرِبُهَا* non adpropinquabis
ad eam.

X.

Genesis XXI. 20. Erat Deus cum puerā
(Ismaele) *et crevit et habitabat in deserto*
וַיְהִי רֶכֶת קָשָׁת

Vulgo vertitur cum τεῖς LXX. ἡ γένεσις τοῦ ξό-
γνης evasit jaculator. Radix enim רֶכֶת ex
hoc uno loco creditur significare jaculari;
unde Rabbini ferme omnes vertunt per
ירוה jaculans sagitta. His suffragantur
Coccejus, Junius & Tremellius. Jonathan sic
convertit וְהַרְחֵץ וְלִיפָּתְרָה רְבִי קָשָׁתָא et erat di-
scens jaculari arcubus. Aliud tamen visum
est Gussertio, cuius verba ex commentario
L. H. proponam. „Significatio רֶכֶת ja-
culari, solo Genes. XXI. 20. fulcitur, nul-
lis aliis vel exemplis vel derivatis, ibi
„autem sic se habet, et fuit (Ismael) רֶכֶת
jaculans sagittarius, ut exponunt,
„At mira phrasis est, qua hæc duo adje-
ctiva junguntur. Si dixisset בְּקָשָׁת arcu,
„id saperet Ebraismum; sic enim fit cum
„aliis verbis, ut מִשְׁרָךְ, aut מַלְאָךְ, aut
„מַזְרָעָה. Sed בְּקָשָׁת jam includit in se
„vim verbi jaculandi; nam sagittarius est
„jaculans arcu; cui bono igitur adponitur
„ja-

jaculans alio verbo?,, Bona est obser-
vatio. Pergit. „Quapropter istam signifi-,,
cationem expungendam crediderim: „
Vertit propterea. *Multus ac frequens sa-*
gittarius, aut magnus sagittarius. Caleu-
lum suum adjecit Stockius in Lexico. Ego
miror nemini Interpretum in mentem ve-
niisse significationem *crescendi, educandi,*
quaꝝ per totam radicem Hebraicam
& Arabicam چ, sese late diffundit. Nihil
commodius hoc in loco, & erat *crescens*
arcu. Habitabat enim in deserto ubi con-
tinua exercitatio erat, arcum & sagittas
tractare, hinc victimum sibi adquirere.

XI.

*Genesis XXIV. 63. Et exivit Isaac לשוֹת
ad meditandum in agro.*

Creditur, Isaacum ingruente vespere ad
agrum ivisse, ad mentem suam piis me-
ditationibus plenam Deo effundendam.
Ita concipiunt Belg. Nostrates cum aliis ver-
tentes *ad orandum in agro.* Vatablus ad h.
l. commentatur. *Credibile est ex more se-*
cessum precibus fuisse quæsumum, quo mens o-
mibis avocamentis soluta liberius Deo vaca-
ret. Gussetus in Comment. ad derivatum
לשוֹת, quod ei notat arborem arte cultam,
nostrum locum etiam reduxit: cum ait:
pro לשוֹת ad meditandum vulgo exponi so-,,

Oo 4 / li-

„lito , potius dicendum fuisse רישׁ.
 „Quando aliam , ait , vocem eum medio ו
 „prætulit , aliud sibi in mente esse in-
 „nuit. Quid autem aliud nisi facere רישׁ
 „השְׁרָה arbores fructiferas ac cicures , te-
 „nerasque colere ? Certe sanctos medita-
 „tos fuisse audimus , nunquam tamen il-
 „le locus agri ab iis ad hoc delectus me-
 „moratur. Posteriorem hanc observatio-
 „nem lubens admitto , priorem autem ut
 precariam rejicio. Radix enim רישׁ idem
 notavit olim in Kal , quod in Hiphil רישׁ. Hunc scrupulum eximet Arabum ساح
 reregrinatus fuit , hic illuc obiuit terram , pecul-
 religionis ergo. Hoc usu in Alcorano sæpi-
 us exstat. Surat. IX. vs. 2. فَسَّحُوا فِي الْأَرْضِ

أَرْبَعَةَ أَشْهُرٍ Peregrinate terram per quatuor
 menses & Surat. LXVI. 5. Hinc simpliciter
 pro obire , spatiari adhibetur , ut in Epistola

كان يطوف بالجزيره Ebn Tophail p. 150. ويدور علي ساحلها ويسبح باكنافها

Aliquando insulam ambiebat , ipsiusque littus
 obambulabat , ע extrema רישׁ circumilit. p.

بل كان يتطوف باكناف قلل Aliquando insulæ extre-
 ma obambulabat , ע oras רישׁ circuibat.

Hinc verto : Et exivit Isaac ad ambulan-
 dum

dum in agro. Hoc sensu Aben Esra jam interpretatus fuit notante *Druſio*. Si quis tamen meditationem adjunctam velit, non aspernabitur credo Arabum **أَنْسَاجٍ** in VII Specie, idem quod **أَنْسَعٌ** dilatatus fuit animus, hoc sensu: *ad recreandum semet in agro.*

XII.

*Genesis XXVII. 40. Super gladio tuo vi-
ves, וְfratri tuo servies. Sederit כִּי
הַרְוֵד וְabrumpes jugum ejus de collo
tuo.*

Non convenient Interpretes in constituenda significatione radicis **רוֹד** non nisi in quatuor locis obvia. In Lexicis exponitur dominari, plangere. Ex priori significatione conversum a Belgis: *Erit quum dominabitur*, ita R. David. Longe tamen plurimi ex posteriori dant, *Erit quum planxeris*. Ita Buxtorfius in Lexico, Junius & Tremellius, Gussetius. Aliter adhuc explicat Jarchius. **לְשָׁחַן צָעַר כְּמָה אָרוֹד בְּשִׁיחָיו כְּלָמָר** כשי עברו וישראל על התורה וזהה לך פרתנה פה להצטער על הברכות שנTEL ופרקת עלי Verbum **רִיך** hic significat **צָעַר dolere**, ut in illo **אָרוֹד dolebo in meditatione mea**: ac si dicaret; cum transgressi fuerint Israëlitæ legem, os tuum aperies, ut temet affligas propter benedictiones, quas abstulit, *Erum pes jugum*. Cl.

Oo 5

Cocce-

Coccejus in Lexico, has notiones parum convenire videns, pro suo acumine aliquid excogitavit, quod omnibus locis commode aptari posse censebat. Proponebat videlicet: *obstinare animo*, *obstinate perseverare*, *obfirmare se*. Hinc veritatem quum *obstinaveris*. Velle adjectisset Vir doctus hanc esse conjecturam. Visum est *Cl. de Dieu* consulere dialectum Arabicam, ubi *ج* in IV specie significat *voluit*: quam vim omnibus locis sagacissime applicuit. Verum, præterquam quod haec significatio heic loci non quadret, absque dubio est secundaria, ducta a primaria *ultra citroque* movit, vel *mota fuit res*, ut exponit *Golius* in Lexico: hinc fluxit *notio pabulandi* ab *ultra citroque* commeando. Significatio autem *volendi*, *querendi*, est animi præ desiderio quasi semet moventis, hinc *Hoseas XII. 1.* vertatur, *¶ Juda adhuc ultra citroque se movet ¶ vagatur cum Deo.* *Jerem. II. 31.* ubi introducuntur *Juda* rebelles dicentes *רְנֵה*, non valet *dominamus*. Pro sensu teneri possit illud *Cocceji animum obfirmavimus*. Origo tamen infert *ultra citroque discurrimus*. *Psalm. LV. 3.* aurem mibi præbe *¶ responde mihi* *אָרוּד בְּשִׁיר וְאַהֲרֹם* *Sunt qui vertunt clamabo in sermone meo ¶ tumultuabor.* *Junius & Tremellius*: *plango in meditatione mea ¶ per-*

perfrepo. Coccejus obfirmo me, & pertinaciter pergo in querimonia mea. Notari ibi meretur verbum קָרְבָּה elegantis figura auctum apud Arabes de camelō, aliisque bestiis præ siti vagantibus & attonitis.

Alcoran. Surat. LV. 56. قَسْمَرْبُون شَرَبْ

مَاءَ الْمَاءِ bilituri prout bilit camelus sitiens,

Hinc Metaphorice transfertur ad animum, conturbatum & attonitum, ut apud Harir.

Confessu I. فَطَعَنَتْ أَجْوَبْ طَرْقَاتِهَا مِثْلَ

الْهَامِيْن institui peragrare vias instar errabundi.

Alcoran. Sur. XXVI. 225. الْمَرْ تَرْ اَنْهَمْ فِي كَلْ وَلَنْ بِيَهْبِيْوْن

Nonne vidisti, quod ipsi in omni torrente (valle) vagi erunt? hinc verto: Ultro citroque menet agito in sermone meo, & velut attonitus oberro. Huc etiam reduci debet derivatum מִרְאֵה Thren. I. 7, III. 19. In nostro autem loco Geneseos nihil aptius, quam כַּאֲשֶׁר תַּרְדֵּן convertere, quemadmodum ultro citroque temet moves & vagaris: sensu hoc modo constituto, tu velut fera bestia jugi impatiens, sese huc illuc movere solita, tandem etiam jugum tuum excuties & libere evagaberis.

XIII.

Ibid. vs. 42. Et dixit (Rebecca) ad eum (Jacobum) ecce Esau frater tuus קָרְבָּה tibi ad occidendum te.

Com-

Communi consensu omnes Interpretes dant: *consolans* se: nempe ut ait *Coccejus* parat sibi inde solatum. i. e. quod si te occideret, omnis injuriæ allatae vindictam capiet. Omnis difficultas oritur ex ignorantia significationis primariae radicis ☽ן, quæ in Lexicis duas significations habet sibi aperta fronte oppositas, alteram *consolandi*, alteram *pœnitendi*. Ad concordiam inveniendam contulerunt quidam ☽ן & ☽ן *incaluit*, arſit, ad affectum tam consolationis fervidæ, quam iræ bullientis indicandum. Sed hoc parum habet speciei. Nec majorem speciem habet illa digestio Schindleri in Lexico ita ordinantis. ☽ן tria significat. I. ☽ן, Chald. ☽ן doluit: Niphal ☽ן & Hithpael ☽ן חַלְדָּה Chald. ☽ן doluit suo vel dicto, vel facto, pœnituit, pœnitentia ductus fuit, piguit, sententiam mutavit. II. Niphal ☽ן doluit alterius vicem, & infortunium, condoluit, misertus, commiseratus fuit. III. per antiphrasin Niphal ☽ן dedoluit, dolore se privavit, dolere desit, consolationem invenit, admisit, accepit. Miror Virum, qui alias non raro Dialectum Arabicam consulere solet, hic nihil vidisse. Concordiam dabit suavissimum Arabum ☽ן cum vehementia & in pœnore spiritum duxit. Uno verbo Latino su-

suspiravit. Jam vides credo pœnitentiam cum suspirio actam & consolationem imo ex pectore productam, hinc fluxit & alia Glossa: rugiit suo more pardus. i. q. قَنْحَنْجَ حَوْ وَ قَنْحَنْجَ atque inde phrasis in Golio ما هو قَنْحَنْجَ من كَذَا non fuit bene affectus animo erga eam rem, neutquam gratam habuit. id est, eam non adspiravit. Tandem idem significat in VIII specie ac اعْتَزَرْ مُعْتَزِّرْ constanter quid & adfirmato animo persecutus est. Hinc verba vertere licebit. Ecce Esau frater tuus firmo animo sibi proposuit te occidere, vel si lubet ex priori significacione: quasi ut pardus rugit & spiritum cum gemitu dicit ad occidendum te.

XIV.

Ibid. vs. 46. *Dixit Rebecca ad Isaacum*
קָצַר בְּרִי

Languet vulgaris expositio: tædet me vitæ mee. Gravius est, disrupor in compaginis meis. Apud Arabas enim قاًضٌ وَ significa, dissoluta fuit compages, nec non media يٰ. Huc adlusum a Poëta Veteri in Hamasa

يَا زَبَهَا مِنْ بَارِ قَلَاصَ *

قَدْ هُمْ حَتَّى هُمْ بَانِقِيَاضَ *

, Heus

578 Gerardi Joannis Lette Observ.

„ Heus rigationem ejus ex frigida,
seque in puteo efferente aqua.
„ Quæ quidem eo usque adfluit iden-
tidem, ut minetur disrumpi.

Venuste hinc dixit *Arabia des Hist.* Tim.
فلما فوض (أ.) الليل. p. 57. خيامه
cum nox sua disrupit tentoria. i. e.
tenebris dispulsi. Eadem vis regnat in
altera radice نقض Hinc dixit non ne-
mo in *Hist. Dyn.* p. 333.

قل لـ بـ ذـ هـ رـ كـاتـبـ الـغـصـرـ وـ الـمـنـافـيـ
لـ نـقـضـ ذـ الـامـرـ *

Dic Abu Nasro scribæ palatii, qui hujus
imperii dissolutionem molitur.

Hinc explicuit Cl. A. Schultens, radicem
solitariam ρα Jobi Cap. X. t. ubi eadem
figura captata, disrupta crepat mea anima in
coagulationibus meis. h. e. ita onere mihi
incumbente gravor, ut disiliam & dis-
rumpar, absque tamen ut rumpar, &
mortem tantopere desideratam invenire
queam. Hæc figura est, quam vocamus
Oxymoron, quam etiam captavit Rebec-
ca: quasi diceret, manente vita tamen dis-
rumpor tædio.

XV.

XV.

Genesis XXXIV. 31. Et dixerunt, an tanquam cum meretrice נָשָׁה faciet cum sorore nostra.

Agitur de Dina a Sichemo compressa, qua de re ultiōnem sumferant filii Jacobi, qui propterea offensus & perturbatus erat. Respondent ei filii in nostro versu. Non nihil difficultatis est in verbo נָשָׁה, si notio faciendi retineatur propter particulam נָשָׁה notam accusativi, pro qua Chaldaeus Paraphrastes habet נָשָׁה cum. Ita etiam supplent Belgæ in versione. Hoc in loco nihil aptius & rei convenientius, quam Arabum غشی constructum cum accus. initit mulierem. ita sappius Abulpharag. p. 6. و بعد ثلاثة اخري غشیا و ما غشی امرأة ولا امرأة مما nec tetigit, nec sanguinem effudit. Hinc verto. An tanquam meretricem iniret sororem nostram.

XVI.

Genesis XLI. 43. Et vebi eum fecit incurru secundario suo & clamarunt coram ipso אֶבְרָך Abrach.

No-

Notum est, quantæ contentiones hac de voce jam a vetustis temporibus fuerint ortæ. Rabbini enim contendunt istud אָבָרְד compositem esse ex אָבָרְד pater, & Voce Aramaea רַךְ rex, vel ut alii volunt ex אָבָרְד & רַךְ tenuis. Hæc copiose legi possunt in dubiis vexatis Pfeifferi, qui rejecta significatione genua flectendi, quam adsumserant plurimi, contendit esse vocem Ebræo Ægyptiam, quæ notat inclinationem, sive prostrationem corporis reverentia caussa faciendam. Ait Ebræam radicem בָּרֵךְ istam significationem admittere, nec non succurrere Linguam Copticam, ubi ~~æque~~
ea significatione teritur. Non puto quemquam facile huic expositioni adsensurum; nam, ut recte ait Schräderus, præterquam quod ista Kircheri Ægyptiaca vix quatuor seculorum ætatem referant, & cum prijsca Pharaonum dialego vix conferenda censeantur, Enallagen & temporis & numeri, litterarumque metathesin, fingat, neceſſe est. Satius fuisset, si certius nihil ad manum esset, retinere formam Hiphil cum ~~non~~ loco נִ: ita Rabbi Jona, vide Hottinger. in Smegm. Orient. p. 131. Ita etiam instituit modo laudatus F. G. Schräderus in dissertatione, quæ inserta est thesauro Philol. Cl. Ikenii Tom. I. p. 211. ubi sic scribit. „Jam „verò quid obstabit, quo minus dicamus,,

mus אַבְרָהָם non esse nomen proprium, ut,,
eiusdem Cap. XLI. Gen. vs. 45. minus אֵ-,
gyptiacum, appellativum dignitatis, sed,,
formæ Hiphil נ pro n posito frequentis-,,
simis exemplis, leniori tantum spiritus,,
pronuntiatione, & Aramæismi analogia,,
Hebrais haud inusitata: ut forma sit in-
finit: *genua flectere*, copula, similes mo-
dos nectente אַבְרָהָם *genua flectere* ו
ponere. Fateor in eo forte adquiesci pos-
se, nisi urgerent alii formam Futuri, *ge-
nua flectam*, quod tamen admittere nol-
lem, partim, quod sensus hiet, dum
concipi debet quasi unusquisque clama-
ret, ego *Genua flectam*, partim quod no-
tio *genua flectendi* non sit character *Hiphil*,
qui efficit *fecit genua flectere*. Unicum ta-
men scrupulum objicere quis posset, תְּנִינָה
formâ Infinit: exigere ut אַבְרָהָם itidem in
infinit, sit exponendum. Ut quæstio diu agi-
tata tandem finiatur, observo formam
nihil aliud esse, quam superlativum
formatum per נ Arabibus iisdem litteris
אַבְרָהָם *felicissimum*, *beatissimum* signans.
Hanc formam ex Golio exulantem adhibet
Bobaddinus de rebus gestis Saladini p. 237.

وَهَذَا يَوْمُ الْجَمِيعَةِ وَهُوَ أَبْرَكُ لَسْبِرُوح
Nunc dies est Veneris אַבְרָהָם faustissimus
bebedomadis. Alio significatu exstat in ex-
T. III. P. III. Pp. cer-

cerpis ex Ispahanensi p. 20. **لَمْ يَرَ** حَسْكَرْ لَمْ يَرَ **أَبْرَكَ** هَادِي وَلَا أَكْبَرْ
 haud vidi unquam exercitum **אָבָרְ** strenuiorem, majoremque. Talium comparativorum & superlativorum magna seges est omissa a Lexicographis. Ismael Abulfeda de Vita Muhamedis p. 11.
 وَشَبَّ مَوْلُوْلُ اللَّهِ صَلَّعْهُ عَلَيْهِ بَلْعُ وَكَانَ
 أَعْظَمُ النَّاسِ مَرْوَةً وَحَلْمًا وَاحْسَنُهُمْ جَوَابًا
 وَأَصْدَقُهُمْ حَدِيثًا وَأَعْظَمُهُمْ امْنَةً وَأَبْعَدُهُمْ
 عَنِ الْفَحْشَى **adolescebat** interea *Apostolus*
Dei crescens forma, & ingenio, hominum **אַלְעָם** præstantissimus, quibus & erat responsis **אַחֲשָׁן** melior, dictis factisque **אַצְרָן** sinnerior ac fide **אַלְעָם** præcellentior, denuo a turpi & in honesto longe illis **אָבָרְ** alienior. Forma secunda أحسن ex Golio exulans invenitur præterea in Excerpt. ex Ispahan. p. 13. sequens أصدق itidem vide in Sententiis Golianis no. 232. nec non ultimum **أَيْدِي** adhibet Poëta in Florilegio sententiar. p. 174. & in Hamasa citat. Harir. Confes. VI. p. 225. Adde أَجْبَنْ mirabilior. Histor. Sarac. p. 135. Harir. Conf. V. p. 112. 146. أَعْدَى Tophail. p. 26. أَعْدَى Tograi vs. 48. أَذْضَلْ Timur p. 28. **أَكْلِ** Hist.

Hist. Sar. p. 20. أَكْل Hist. Dynast. p. 287.
Tharaph. Moallak. vs. 18. أَكْبَد Hist.
Dyn. p. 93. الطف Tophail p. 38. 134. Homil.
in Nativ. Christ. p. 252. أَجْفَق H. D. p. 301.
أَنْصَف Mon. Arab. p. 58.
أَمْلَى Harir. III. 174.

وُرْع H. D. p. 243. Vertamus itaque וְ
clamarunt coram eo felicissime וְ præficiende
universæ terræ Ægyptiacæ. נָרַג enim in for-
ma infinit. multo gravius est quam impe-
rativa. Solent quippe Hebræi infinitivos
adhibere in mandatis. Ita captavit Esuias
Cap. VI. 10. הַעֲבֹד הַזֶּה וְאַנְתָּךְ
הַשְׁמִן לְבֵב הַכָּבֵד וְעַנוּדוּ הַשְׁעָנָה Male ibi vertitur in im-
perativo. Series ita concipienda, pingue-
facere cor populi hujus וְ aures ejus gravare,
וְ oculos oblinere, id est, præcipio ut hæc
fiant certissime. Similiter præficere eum
universæ terræ Ægyptiacæ id est, certissime
præficiatur & præponatur.

XVII.

Genesis XLIX. 6. In naso suo occiderunt
virum וְ in voluntate sua שׂור עַקְרָר.

LXX Interpretes vertunt ἐνευροπηγαν ταῦ-
ταν. Belgæ: abegerunt bovem, alii ex notione
extirpandi: extirparunt bovem, aut ener-
varunt. Longius deflectit illud Pfeifferi:
suffoderunt bovem. Antequam ulterius per-
go, notari meretur שׂור non tantum bo-

vem exponi, sed & murum, ita Aben Esra, Onkelos, Syrus & Arabs & Scholia festes Græcus ἐξεργάσας τέχος. Verum hoc expolsum a Bocharto Hieroz. Part. I. p. 179. nec non Pfeiffero in dubiis vexatis, qui existimat cum R. Jac. Eleazari filio יְהוָה hic figurate significare Principem Sichemum scilicet ; ita placuit etiam Coccejo. Sed merito id ridiculum censet Bochartus nam Genes. XXXIV. 28. pecudes & armenta a filiis Jacobi direpta leguntur. Ad intelligentiam hujus phraseos conferenda est radix Arabica ئَلْعَنْتُهُمْ incidit pedes , maxime de equis , camelis. Alcoran. Surat. VII. 75. فَعَذَرُوا الْنَّاقَةَ وَعَنْتُهُمْ أَهْرَافُهُمْ præciderunt pedes camelii & desciverunt a precepto domini sui. Elmacinus p. 37. ثُمَّ عَذَرَ الْجَمَلَ tandem pedibus truncatus est camelus. Hist. Dynast. p. 187. وَنَانِي عَلَى اعْزَرُوا الْجَمَلَ clamavit Ali suffragines camelio succidite. De equo apud Abulfedam Vit. Muham. p. 77. Quibus auditis Amru ira percitus ex equo descendit - - - وَقَبَلَ إِلَيْهِ عَلَى cui quum pedes succidisset, adversus A-lim cucurrit. Hinc orta solemnis impre-

can-

candi formula ﻭ حَلَّا وَقْرًا incisis pedibus & gutture eum conficiat Deus. i. e. omni pœna afficiat, vel misere eum vulnerando vel trucidando. Hinc ipsum ﻭ no-tare cœpit læsit, vulneravit, peremit. Al-coran. Sur. XI. 68. XXVI. 157. LIV. 29. Hoc optime quadrat in locum Geneseos, ubi Jacob filiorum tyrannidem graphice describere volens ait, *in ira sua occidisse virum* (id est, ut bene notat Glassius Philol. Sacr. p. 281. *quosvis homines, viros*) pro recreatione vero boves enervasse, *iusque suffragines succidisse*. Confer Jof. XI. 6. II. Sam. VIII. 4. I. Chron. XVIII. 4. & Clar. Be-chartum loco citato.

XVIII.

In Exodus

Exodi Caput VIII. 8. vel juxta alios vs. 12.

Et exivit Moses & Aaron a Pharaone, & clamavit Moses ad dominum propter ranas, וְאַשְׁר, quas Pharaoni posuerat.

Explicant Belgæ: *quas Deus per Mosen in pœnam Pharaoni & suis immiserat*, ita verbum וְאַשְׁר in sacris adhibetur. Verum Cl. Buchartus Hieroz. Part. II. Lib. V. Cap. II. Pp 3 hoc

hoc caput illustrans inclinat in versionem
 $\tauῶν$ &c. Verba adscribam. Sed, ait vir
 $\piολυγλωττόγλωσσος$ & κριτικώτατος, Græci multo
 aliter: περὶ τῆς ὁρίσμου τῶν βατράχων, ὡς ἐτά-
 ξέτο Φαραὼ. pro finitione ranarum sicut con-
 stituerat Pharao. Et Hieronymus: pro spon-
 sione ranarum, quam condixerat Pharaoni.
 Quasi Moses a Deo petierit, ut ratum haberet
 verbum, quod proposuerat Pharao, aut po-
 tius, quo Moses, data fide, Pharaoni se ob-
 strinxerat. Quod Aben Efrain sequi suadent
וַיִּצְאֵק בָּנָיו כִּי בַּתְּחַבֵּשׂ
 שֶׁרָא *וַיֹּוֹשֵׁהוּ כִּי אָמַר אֶל פְּרֻעָה מֵעַצְמָוֹתָךְ*
כִּי כָּבוֹד בְּלֹא רְשׁוֹת הַשְּׁבָטָךְ
וְלֹא תִּפְרַעַת בְּעֵינֵי כָּבוֹד clamavit quia
 sperabat in Deum, fore, ut non pudore confun-
 deretur; quia Pharaoni per se dixerat, absque
 Dei permissione: Fiet juxta verbum tuum.
 Neque displicet hæc versio, quidni enim red-
 damus? Clamavit ad dominum super verbum
 ranarum (seu de ranis) quod proposuerat
 Pharaoni &c. Negare nolo verbum *שׁוֹתָם*
 hoc sensu adhiberi; suadet tamen con-
 structio, referendum potius esse ad præ-
 cedens ranas. Ratio autem, quæ datur,
 quod Moses petierit a Deo ut ratum face-
 ret verbum suum Pharaoni propositum,
 nulla est. Moses enim toties Dei fideli-
 tatem expertus in promissis, dubitare hac
 de re non poterat. Verti itaque debet:
 quas immiserat, aut quibus noxa adficerat
 Pharaonem. Adpositissime hoc illustra-
 bit

bit Arabum سام، idem quod خسعا noxa و injuria adfecit. Alcoran. Surat II. vs. 46. وأن نجيناكم من آل فرعون Quando liberavimus vos a familia Pharaonis, infligeant vobis malum pæne. Histor. Dyn. p. 423. وأنا أسوأهم من التسلف ego male eos multo. Confer. Histor. Timuri p. 76. 96. 106. Harir. وشر الأضيفون سام pesimus autem hospitum est, qui injungit molestiam و nocet excipienti ipsum.

XIX.

Exodus XV. 10. Flavisti vento tuo, vestivisti eos mare, tinniverunt tanquam plumbum in aquis validis.

Verbum צלץ vertitur plerumque: petierunt profunda, ut idem significet, quod מצלה. Hoc notat Jarchius. Concinit Avenarius, pro more, ad finitatem habere existimans cum העיל liberavit, protexit. Coccejus in Lexico proponit generale mergi, dans: mersi sunt ut plumbum. Ita Belgæ. Verum præcedens כשה operuit, vel ut Arabum  exigit, vestivit, talem

mersonem jam expressit. Gravior demer-
 sio describitur per adjectum **תִּנְנִית** tinnitus
 dederunt ut plumbum in aquis validis, id est,
 ita præcipites dati sunt, ut plumbum cum
 vehementia projectum tinnit & gravissi-
 mum tinnitus edit. Hanc notionem tin-
 niendi conservarunt etiam Arabes, quibus
 صل significat sonuit cum tinnitu ferrum.
 Hinc gravi figura adhibet Ispahanensis.
 وَنَاصِلْ بَالْهَنْيِ صل
 همان متصالب بالهندي صل
 bant. Eadem significatio residet in qua-
 drato صل Hebraice **אַלְצָל**, unde
 ﮫַלְצָל cymbala. Conferri adhuc mere-
 tur altera radix ط, unde, notante Cl.
 Schrädero in Commentario de vestitu Mu-
 lierum Hebræar. p. 347. *I. Sam. III. II.*
 Hebræa **אַזְנוֹת** תְּצִלְמָה שְׁתִי tinnient ambæ au-
 res ejus: Arabs reddidit: قطن آذناه de
 mutatione literæ ل in ن consulatur laudatus
 Schräderus. Hinc in Histor. Timuri legere
 est صریب باب وطنین ذباب strepitus ja-
 nuæ و tinnitus muscae. Hoc idem est ac vi-
 cinum ن سوزurrum edidit musca. Notio
 tinniendi in Bibliis aliquoties obvia. Ha-
 bac. III. 16. Jerem. XIX. 3. 2 Reg. XXI. 12.

XX.

XX.

Ibidem vs. 16. Incidit in eos consternatio
Et pavor, firmitudine lacerti ejus torosi
תְּמִימָה . . . tanquam lapis.

LXX. μεγέθει βραχίονος σε απολιθωθέντωσαν
magnitudine brachii tui instar lapidis corriguerunt. Pro sensu admitti posset. Inconciannior tamen visa est Metaphora, qua lapidis ad instar aliquis dicatur silere. Hinc Junius & Tremellius in versione suppleverunt, conticescent (innoti) tanquam lapis. Figura est elegantissima stylo Poëtico ad prime conveniens, quam explanabit Arابum ۲۵ eum quadrato ۲۵ terræ applicuit,
appegit. Hoc ductum ex fonte primigenio
linendi, linendo complanandi, quæ idea ita-
dem residet in ۲۵ & ۲۵ Notio ita-
que silendi ducta est ab æquando: animus
enim dicitur æquatus: i. e. tranquillus. Similiter excindi (hæc enim notio in Lexi-
cis locum obtinet sub ۲۷) nihil aliud
est, quam solo æquari & complanari; plane
ut dicit Seneca Troad. Act. II. vs. 278.

— ruere & æquari, solo
Etiam arcuissim.

Notum hoc sensu Græcum λεῖγν. Tandem
۲۵ applicuit terræ per se jam lucet. Ver-

Pp 5 ta-

tamus itaque. *firmitudine lacerti tui torosi*
solo aequentur: appingantur velut lapis, fi-
gura ex ancipiti captata: id est, manu
tua potentissima ita contundentur velut
lapis solo allitus; vel pavore constricti ita
jacebunt complanati & immoti ut lapis,
qui se ne minimum movere potest. Ita
sumendum Jof. XV. 10. Sol in Gibeon ☽
vulgo: subfiste, omnino: suo loco appin-
gatur. Similiter Thren. III. 28. Job. XXXI.
34. Ps. IV. 4. XXXVIII. 7. alibi.

XXI.

Exodus XX. 15. Totus populus רְאֵי
percipiebant illos sonos.

Nihil in omnibus linguis frequentius,
 quam verba videndi, audiendi &c. trans-
 ferri ad mentem. Ita רְאֵי videre saepius va-
 let cognoscere, percipere ut in h. l. & Genes.
 XLII. 1. I. Reg. X. 4. Jerem. II. 31. Jesai.
 XL. 26. ubi conferri velim notata Cl. Vrie-
 moet ad dicta Classica p. 50. observantis
 similem usum verbi Arabici رَأَيْ cum de-
 rivato رَأِيْ consilium. Adjiciam unum al-
 terumve exemplum. Bohadinus de rebus
 gestis Saladini p. 23. ولما وصل الي قيسارية ورأى النبي قد وصلت الي
 البلد

البلد واحتىت به وعلم انه لا ينال منهم
غرضه فسرى من نيلته في اول الليل الى
آخره حتى اتي يافا صباحاً

Cæsaream interim delatus, quum copias auxiliares in oppidum receptas, seque scopo excidisse cerneret, totam illam noctem sine ulla intermissione, continuato itinere, Joppam summo mane attigit:

Vides يرى ibi idem notare quod علم. Simili modo dixit Aurelius Victor de viris illustribus Cap. XXXVIII. : Cum VIDERET eos multum mari posse, classem magis validam, quam decoram fabricavit: Ita Græcis ὄραν centies obvium. Herodian. Lib. V. Cap. IV. §. 18. ἔπειρον ὄραν οἱ Μακρῖνοι. Similiter θλέπεν in N. T. nec non εἶδεν, quod, teste Westhovio in diatr. in Passion. p. 73, a Suida exponitur τὸ γιωώσουεν. Non absimilis est usus verbi עמם audivit pro intellectu. Genes. IV. 23. XI. 7. Jerem. V. 15. ita ἀντεν adhibet Paulus I. Corinth. XII. 2. consule H. Witsii Meletemata Leidens. p. 26. 27. edit. Batava.

XXII.

Observationes in Leviticum.

Leviticus XIV. 8.

Duo sunt apud Hebreos verba lotionibus dicata רזע & כבש, utraque in hoc veru con-

conjuncta. Posterius ככט plerumque adhiberi solet de vestibus, alterum vero γρα magis hominem ejusque partes spectat. Sunt itaque synonyma ex parte. Quaritur quænam tamen inter utraque quoad originem sit differentia. Hoc hactenus a nomine, quod sciam, ostensum. In antecedens moneo duplex olim apud Romanos fuisse fullonum opus, teste magno Vossio in Etymol. Lat. Prius erat vestem pedum insultu cogere, & densare, quod Latinis consiliendo dicunt consilium. Alterum fuit creta vestem candefacere, quod vocant polire. Ad utrumque adlusat Plautus Aulularia

Placet CONSILIVM. MI. Imo etiam ubi EXPOLIVERO.

Magis hoc tum demum dices nunc etiam rude est.

Græcis solitum in re fullonia est verbum κναφεύειν rem fulloniam exercere. ut apud Aristophan. in Pluto vs. 166. ο δὲ κναφεύειτις alius fullonem agit. Notat Scholia festis Bisetus. Αἴτιον μέν τὸ διά τῷ Κοινῷ δὲ τὸ διά τοῦ γ. οἱ παλαιοὶ δὲ Ἀττικοὶ διά τῷ Κναφεός. εἴτε δὲ ακανθώδεις τι, φένυγοι τὰ ιμάτια. οἱ δὲ νεωτεροὶ διά τοῦ γ., παρὰ τὴν γνάψιν. Κναφεὺς δὲ, παρὰ τὸ κνῶ, εἰ σημαίνει τὸ ξύνω. Ομῆρος. Ιεποὶ διαγεινον κνῆ τυρον. καὶ κνήσῃ χαλκειν. παρὰ τοῦ τοῦ Φάρες γνάψιν. ητις εἴτε παρὰ τὸ γάνος, τὸ Ασμπρόν. Eadem fere videtur differentia apud

apud Hebraos. verbum enim רָמַת de-
sumptum est a re fullonia, posteriori vide-
licet modo corpus &c. fricando, poliendo.

Huc facit etiam Arabum حَضْنُ. Alterum

autem כְּבֵס sumendum priori modo pro
subigere pedibus. Non absimile est quod
de Græco κνάπτειν itidem notat Pollux Ono-
mast. Lib. VII. Cap. XI. §. 37. τὸ δὲ κνάπ-
τειν ἡγεῖ ταὶ τὸ συμπατῆσαι, ὡς Κρατῖνος ὑποδηλεῖ
πάγων, τῇ μάστιγι γνάψεων ἐν μάλαι, ἢ συμ-
πατῆσαι. κνάπτειν porro etiam conculcare si-
gnificaverit, ut Cratinus indicat jocans, fla-
gello demulcere quam sedulo, aut conculcare.

Primariam vim verbī כְּבֵס servarunt omnes
Dialecti, Chald. Syriaca, & Hebraica,
ubi exstat itidem כְּבֵשׂ & Arabic. كَسْ
hinc Threnor. III. 34. לְדָבָא versum a Chal-
deo רְגָלִי לְכֹבֶשׂ תְּחֻות ad subigendum
sub pedes ejus. Ita קְצָרָא similiter Chaldaeis
est fullo. Perperam Rabbini quidam apud
Buxtorf. in Lexico Talm. eum vocant decur-
tantem, quia solebat fullo aliquid decur-
tare & furari de panno. Audiendi & hic
sunt Arabes, quibus قصا itidem fullonem
significat, aut qui uestes tundendo & lava-
ndo mundat dealbatque: a قصرا tundendo lava-
ndoque dealbavit uestem fullonum more. Con-
spirant R. Salomon & Kimchi ita dictum
consentes, quod pannos inter lavandum pe-
T. III. P. III.

Qq

dibus

dibus calcat: Redeo ad כבש, cui vicinum notionē subigendi, domandi, sub pedibus videlicet: phrasī latinissima, subigere pedibus. Ita Arābum حیس sapius apud Bohaddinū de rebus gestis Saladini p. 75:

فَخَرَجُوا مِنْ أَصْطَوْلِ الْكَافَلَارِ مِنْ صَوْمٍ وَكَبْسَوْهُمْ Oppresit eos infidelium classis Tyro egressa. p. 76. وَكَبْسَمْ بَعْرَبَلَا eos in Apherbala oppresserunt. confer. p. 151. 160. 176. 232. 254. Nullus dubito, quin hæc differentia in hoc loco & alias in eodem hoc libro sit captata. Jubetur enim leprosus vestimenta sua כבש tundendo pedibus subigere & purgare: deinde semet ipsum aqua טהרה fricando lavare: ut pote qui censematur esse mortuus, quia caro ejus mortua & motu vitae cassa erat, adeo ut leprosus speciem haberet cadaveris inter vivos obambulantis; ut ait Vitrina in Typo vita spiritualis p. 32.

XXIII.

Leviticus XL. 9. Inquiritur de Origine Vocis סְנִירָה & שְׁקֵשָׁה

Non pauca in hoc capite sunt difficilioris indaginis, quæ veram spectant originem animalium. Maximam tamen partem or-

orbi erudito feliciter erutam & demonstratam dedit S. Bochartus in *Hierozoico* suo. Sed omnia tamen perspicere non est unius ingenii. Labet itaque, debita Viro docto reverentia, quædam presius examinare. De voce סְנָפֵר dubitanter sic scribit *Parte I.* p. 38. *Pinna Hebr.* cur dicatur non satis scio. An per sermonis compendium quasi חַפֵּר spina fossoria, quia spinis aquam fodit piscis & sulcat? Est idea sic satis congrua, sed pro origine parum firma. Non enim dantur exempla, ubi eliditur, nam פרות *Ezai.* III. 20. non est pro חַפֵּר, ut putat Vir Doctus, cui בְּרֹת junctum lectum est a radice חַפֵּר ex specie Pehalhal. Melius fuerit pro duplice voce habere, a חַפֵּר fodit & בְּרֹת plur. a sing. *musculus* Arabice فَارٌ, ut significetur fissionis *musculus*. Ita nostrum compositum esse suspicor a סְנָפֵר Arabice سُنْفَى vinxit, quod Rabbinis itidem conjunxit, & idem significat quod جَاشْ effluavit, unde in *Alcorano* habemus Surat. XI. 42. قَارٌ *ebullivit elianus*, nec non Surat. XXIII. 27. & LXVII. 6. Gehenna dicitur فَارٌ effluare. Pulchre cum Synonymo عَلَى con-

Qq 2

596 Gerardi Joannis Lette Observ.

conjunxit Poëta Vetus citatus a Golio in
notis ad Alferg. p. 38.

فیاوهَا کلها جبیم قد فار می
یغلي ودقیق *

*Ita ut aqua ejus universa fervida, exul-
taverit bulliendo, atque fremuerit.*

Hinc סְנִפֵּר proprie erit vinclo æstuans.
Pinnae enim nihil aliud sunt quam vinctu-
rae corporis perpetuo æstuantes quasi &
mobiles. Alterum autem נַשְׁׁרָשָׁר Bochar-
to est a נַשְׁׁק asper fuit. Analogia requirit
radicem שְׁׁרָשָׁר collegit stipulas, Arabice قش.
Propriè autem ariditatem strepentem signifi-
cat, hinc secundario invaluit pro collige-
re, inquirere ad stipulam videlicet usque.
Squamma autem & stipula, quoad origi-
nem habent convenientiam, utræque e-
nim cito arescunt.

XXIV.

Ibid. vs. 12. De רָאֵה pro quo Deuter.

XIV. 12. רָאֵה

Ansam textus corrumperi quidam sibi
reperisse visi sunt, quasi pro רָאֵה legen-
dum esset הָרָא in textu Deuteronomii, aut
vice versa. Quædam exempla mutatæ li-
teræ

teræ γ in γ attulit Bochartus Hier. Part. II.
p. 191. cui hæc vox *milvum* significat רָאֵה
volavit, unde ortum suspicatur Arabum
ةَلَدْ حَدَّ itidem *milvus*. Alterum autem רָאֵה
quibusdam creditur significare *vulturem*.
Bocharto placet *accipiter*, Pro etymo opti-
me quadraret adsumere *cornicem*, ut mul-
tis visum. Hic enim est visus acutissimi:
unde Proverbiū notum apud *Ciceronem*.
cornicum oculos configere. Quidquid sit, sar-
ta tecta maneat lectio. Sufficit enim sci-
visse unum animal a variis qualitatibus no-
men sortiri. Sic potest indigitari animal
maxime & celerrime volans, & simul a-
cuto pollens visu. Quod nam vero illud
sit, hactenus decidi nequit.

XXV.

כ יְמַרֵּךְ אֶחָד Leviticus XXV. 25.

Vulgo si attritus fuerit frater tuus, alii: at-
tenuatus, depauperatus vel macruerit. La-
tinorum attenuari a tenuis palam ortum
pauper & macer aliam iterum habent ori-
ginem. Quid Hebraicum מִרְאֵךְ & in
sinu gerat docent Dialecti. Origo nempe
sita est in *exsugendo*, quod Arabibus مُلْعِنٌ.

Teste enim *Camousō* مُكَوِّكَ significat مُلْعِنٌ
جَيْعَةٌ وَنَلْعَنُ الْمُكَوِّكُونَ

tum, talisque res *exsucta* universa dicitur
מִמְכַּר. Hinc proclivis descensus ad eme-
dullationem ad succum ultimum usque:
ut Latini *exsugere* ad *medullam* dicunt. Ho-
rat. Epod. Carm. V. vs. 37.

Suspensa mento corpora:
Exsucta uti medulla & aridum jecur
Amoris esset poculum.

Perperam ibi *exsæcta* legit *Cruquius*. Alii
exsæpta, Bentlejus *exæsa*. Rectius eum *Gu-*
lielmo Faërno exsæcta retineas. Huc facit
illud Jobi XXIV. 24. Ps. CVI. 43. Eccles.
X. 17. Non absimilis est usus verbi



جُفَنْ & هَبَقْ

Deuteron. XXXII. 24. *exsæcti fame*, phrasí
latinis crebrâ. Simili figura de amore dicit
Tograi vs. 24.

يَقْتَلُونَ أَذْنَانَ حَبَّ لَا حَرَكَ يَقْبَلُونَ

Occidunt hæ emaci atos amore, quibus non
inest motus.

In locis autem Levit. XXV. 25. 35. 39. 45.
teneatur Glossa Arabica, qua *خُسْطَنْ* adhi-
betur de eo, qui *exsugitur debito & ære*
alieno: & vertatur: *sicere alieno exsæctus &*
exhaustus fuerit frater tuus: & sentietur
figura dignior & aptior.



Af 2546

ULB Halle
006 360 394

3



KB18

M.C.



